Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

600089943$

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIA.

VOLUMEN VI.

C. PLINI SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE

LIBRI XXXVII.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS CRITICIS INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

IULIUS SILLIG.

VOLUMEN VI,

QUO CONTINENTUR PALIMPSESTUS VERONENSIS A MONEO EDITUS ET FRED. GRONOVI IN PLINIUM NOTAE EMENDATIUS EXPRESSAE.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

GOTHAE,

SUMPTIBUS FRID. ANDR. PERTHES.

MDCCCLV.

294. e. 20.

294. e. 20.

ANDREAS PERTHES

LECTURIS

S.

Cum ante hos quattuor annos primum Plini naturae historiarum volumen *Iuli Silligi* curis perpolitum in publicum prodiret, non putabam ego fore, ut, cum ipse Silligius operi praefatus esset, mihi epilogi partes essent suscipiendae. Et sic tamen voluere fata. Nam cum post varia incommoda, quibuscum Silligio conflictandum fuit, tandem placida morte his terrae miseriis eriperetur die XIII mensis Ianuarii huius anni, contigerat quidem ei, ut, quod maxime in optatis habuit, Plini textus recensionem, qua suae post mortem famae consuleretur, confectam relinqueret, sed nondum tamen omnia, quibus haec absolveretur editio, perfecta erant, quanquam plurima ipso sciente ac probante inchoata erant aut saltem provisa. De quibus deinceps atque ordine dicam.

Ac primum quidem quod Veronensis Plini naturae historiarum codex a Fridegario Moneo feliciter detectus eiusdem viri doctissimi laudabili cura et diligentia cum sua editione coniunctim in lucem ederetur, non mediocrem animo, quod per literas mihi plus semel testatus est, ipse Silligius capiebat voluptatem. Quam iusta haec eius fuerit voluptas, quod illi palimpsesto sit statuendum pretium et quid praestantissimi operis Pliniani crisis ex eo et iam lucrata sit et in posterum lucratura sit utilitatis, penes idoneos harum rerum arbitros sit iudicium. Quae meae in codice edendo essent partes, eas ita administrandas mihi putavi, ut novis literarum formis fusis signisque adeo emendatoris imitando effictis atque accurata singularum paginarum descriptione servata singularis libri proprietas et fida eius imago ante oculos poneretur; quin scripturae literas unius paginae imagine in lapide expressa ita assimilari curavi, ut qui legendorum tractandorumque codicum usu atque exercitatione praediti oculos habent eruditos de Veronensis libri antiquitate facile possint ipsi iudicare.

Deinde cum a doctis aliquot hominibus, quos in consilium vocavi, admonitus essem, ut, si quid in Plini quae meis sumptibus prodiret editione vacuum esset spati, id impenderem *Frederici Gronovi* in aliquot

libros Plini Secundi notis, quae in una *Hacki* editione anni 1669. Vol. III a p. 761—860 reperiuntur, denuo exscribendis, illorum hoc ego libentius obsecutus sum auctoritati, quo minus hoc sextum volumen, quo Pliniani operis amatoribus palimpsestus Veronensis offertur, iustum impleret modum. Itaque a docto viro, quo familiariter utor, petivi, ut omne hoc negotium in se susciperet. Is cum roganti mihi non deesset, operam dedit, ut quam maxime emendatae et ad lectorum usum accommodatae illae notae prodirent. Quod ut efficeret, primum omnem diligentiam adhibuit, ut menda typographica, quibus inquinata est Hackiana editio, sedulo tollerentur. Tum veterum scriptorum, ipsius potissimum *Plini* locos, qui pro illius qua Gronovius scripsit aetatis ratione minus accurate prolati erant, ita notavit, ut facillime ab evolventibus reperiri possent. Tum, ne quid desideraretur ab iis, quibus Hackiana editio non esset ad manus, huius editionis paginas in nostrae margine ascripsit. Praeterea quae cum magno lectorum incommodo Gronovi notis *Inserenda* addita sunt (p. 145 seq. ed. Hack.), ea suo quodque loco inseruit; item *Miscellanea,* in quibus haud pauci a Gronovio scite tractantur Pliniani loci (in edit. Hack. p. 846—853), ex ordine locorum digessit. Tandem in rerum verborumque a Gronovio explicatorum in-

dice locorum numeros ad Silligianae editionis rationem retulit et indicem scriptorum in notis vel emendatorum vel illustratorum ita locupletavit, ut quam infinita esset Gronovi lectio, quanta eruditionis per has notas diffusae copia, vel obiter intuenti appareret. Quibus quidem omnibus recte administratis, lectorum rationibus, quantum a nobis id fieri potuit, prospectum esse cum confidentia quadam speramus.

Iam de alia re mihi dicendum est. Quos curatae a se editioni Plini uberrimos additurus erat Silligius indices, quibus in quovis alio scriptore facilius careas quam in Plinio, eius consili ab ipso perficiendi facultas immatura hominis doctissimi morte intercepta est. Auctore igitur amico, qui consili sui copiam iam saepe mihi praebuit, Ottonem Schneiderum, ut hanc Silligianae editionis partem absolveret, rogavi. A cuius viri doctissimi subtili eruditione et accurata diligentia quid exspectari debeat, non meum est nunc multis praedicare; ipsius opus, quod intra unius anni spatium in publicum proditurum esse speramus, me disertius loquetur.

Haec fere cum lectoribus, quae ipsorum interesset scire, communicanda habui.

Nunc de me quaedam in medium proferre mihi liceat. Ante omnia gratias mihi agendas esse video praestantissimis hominibus, quorum opera et adiu-

mento effectum est, ut haec in Germania prodiret editio. Nam cum vel omni ullius lucri spe abiecta huius editionis parandae sumptus me toleraturum esse constituissem, eo consilio, ut et humanitatis literarum commodis servirem et debitam Germaniae nostrae laudem servarem, non faustus tamen consilio respondisset eventus, nisi illos quos dixi homines operis adiutores habuissem. Horum enim splendidissima et per orbem literatum celebratissima nomina eam novae editioni effecerunt exspectationem eamque conciliaverunt commendationem, ut vel eo ipso tempore, quod tam rerum publicarum administrationi, quam quietis Musarum castris calamitosum esse videbatur, non deessent qui editionem se empturos esse profiterentur. His igitur viris debetur quicquid fructus ex hac Plini editione ad optimas literas redundavisse censebitur.

His ita expositis unum mihi superest pietatis officium, cui priusquam satisfecero, hac scribendi aut opportunitate aut necessitate non recte usus mihi videbor. Scilicet paucis, ad quae meus me impellit animus, de ipso *Sillig*io dicendum est. Qui quidem quid hac editione Plini adornanda, in qua bonam vitae partem consumpsit, vere praestiterit, et nescio equidem et, si vel maxime scirem, me tacitum praeterire deceret; at hoc saltem quibus possum laudibus

praedicare debeo, candidissimum eum fuisse hominem atque in omnibus rebus religiosissimum, qui vel morti proximus, cum iam vires defecissent, omni contentione elaboraverit, ut in Plinio suo edendo ne ulli officio deesset. Ave, pia anima!

Scripsimus Gothae,
die VIII mens. Iul. MDCCCLV.

C. PLINI SECUNDI

NATURAE HISTORIARUM

FRAGMENTA

E PALIMPSESTO VERONENSI

EDITA.

C. PLINI SECUNDI

NATURAE HISTORIARUM

LIBR. I. XI. XII. XIII. XIIII. XV.

FRAGMENTA,

E CODICE RESCRIPTO BIBLIOTHECAE MONASTERII
AD S. PAULUM IN CARINTHIA

EDIDIT

FRIDEGARIUS MONE,

PHIL. DOCT.

VIRO VENERABILI

FERDINANDO STEINRINGER

MONASTERII AD S. PAULUM IN CARINTHIA

ORD. S. BENEDICTI ABBATI MERITISSIMO

TAM DIGNITATE QUAM HUMANITATE CONSPICUO

D. D. D.

FRIDEGARIUS MONE.

Cum anno superiore, patrem in itinere comitatus, in monasterio TUO perlustrarem codices, quos plurimos et optimos habes, librum palimpsestum deprehendi, qui propter venerabilem quam prae se ferebat antiquitatem iam ad primum oculorum obtutum animum ad se advertit, mox vero, posteaquam inspexi paullo propius, omnem mentis intentionem in se defixam habuit. Cum veteris scripturae vestigia vel summam oculorum aciem effugerent, chemica autem quae dicuntur adiumenta ad manus non essent, paucula tantum verba, quorum reliquiae facilius legebantur, exscripsi domumque retuli, quo commodius investigare possem, ad quemnam scriptorem vel ad cuius scriptoris opus fragmenta rescripta pertinerent. Postquam non sine labore indagavi librum

illum exemplar vetustissimum *PLINI naturae historiarum* exhibere, quod opus rerum quas tractat et varietate et gravitate excellit, idem tamen mira textus depravatione laborat, operae pretium videbatur, si vel minima quae reperiri possent palimpsesti fragmenta in lucem proferrentur. Quod consilium TIBI, vir maxime colende, aperui, simul TE rogavi, ut codicis illius usuram eorumque quae inde promerem edendorum facultatem concederes; persuasum autem erat TE pro summa TUA humanitate atque prolixa literas iuvandi voluntate propositum meum non solum probaturum, sed etiam omni modo adiuturum esse. Neque haec me spes fefellit. Statim codicem mihi misisti facultatemque edendi summa benevolentia concessisti. Quod duplex beneficium in me

collatum gratissimo animo publice testandum ratus hunc TIBI librum ita dedicandum esse putavi, ut, quicquid utilitatis inde ad optimarum litterarum studia redundaturum esset, id TUAE humanitati deberi libens profiterer. Hac autem oblata mihi gratum animum TIBI testificandi opportunitate ita uti mihi liceat, ut et aliarum virtutum TUARUM, quas praesens spectator admiratus sum, et praeclarorum in literas meritorum, quae unicuique patent, laudes iusta praedicatione exsequar. TU igitur singulari pietate, quae omnes laudes longe superat, postuma monachorum S. Blasii, qui coenobii S. Pauli vel conditores vel restitutores exstiterunt, opera aut IPSE edidisti aut aliis edenda mandavisti edendorumque professus es TE adiutorem fore. Itaque TUIS iam

curis debemus *Trudperti Neugart* historiam monasterii ad S. Paulum, mox debebimus eiusdem historiam Carinthiae; ita TE auspice opera theologica *Conradi Boppert*, qui inter monachos Sancti Blasii fuit, in lucem prodiere. Eadem mente TUOS conventuales excitasti, ut studiis tam theologicis quam historicis operam impenderent. Quae cum ita sint, TE, vir summum venerande, etiam atque etiam rogatum esse volumus, ut hunc librum ea benignitate excipias, qua universa literarum studia illustrare et excitare soles. Vale.

Scribebam Carlsruhae idib. oct. anni 1854.

PROLEGOMENA.

§ 1.

DE HISTORIA CODICIS.

In bibliotheca monasterii ad S. Paulum in valle Lavantina Carinthiae codex membranaceus asservatur nunc numero III sec. 8, quondam LXXXVII notatus, qui S. Hieronymi commentarium in ecclesiasticum paginis 267 langobardica manu saeculo VIII exaratum continet atque illuc e monasterio S. Blasii in silva nigra translatus est, cum monachi a Sancto Blasio nominati anno 1807 non ex voluntate sua, sed potentiorum iussibus parentes in Carinthiam emigrarent. Sed neque primitus in monasterio S. Blasii scriptus est hic liber. Nam tegumentum codicis et additus veteris bibliothecae numerus LXXXVII, cui haec adiecta est inscriptio: *liber augie maioris*, procul dubio demonstrant hunc manuscriptum olim in monasterio Augiae maioris vel divitis servatum fuisse, quod et Insulanense in lacu Constantiensi vel Sintleozes-Auva, Sintlacis-Augia appellabatur, hodie autem germanice *Reichenau* vocatur.

Codices Augienses enim quotquot e ruina coenobii superfuere ineunte hoc saeculo in bibliothecam aulicam Carlsruhanam delati sunt, quos cum saepe inspicere nobis licuisset, facile intelleximus hunc librum in eiusdem monasterii fuisse bibliotheca, non Augiae maioris, quae germanice *Mehrerau*

nominatur et haud procul a Brigantia sita est. Ex uno horum Augiensium codice 249 (37) constat omnes libros Augienses anno 1457 novo et pari tegumento corii albi ligatos esse (conf. *Anzeiger zur Kunde teutscher Vorzeit*, ed. *Mone*. T. III. p. 137. 1834). Quamobrem hunc codicem Hieronymianum a monasterio Augiensi S. Blasianis monachis, nescimus quo tempore, certe ante annum 1791, commodatum, neque ab his redditum esse suspicamur.

Superest enim in illa bibliotheca Carlsruhana Augiensium codicum catalogus anno 1791 confectus, qui codicem nostrum non exhibet, unde apparet eum iam ante illum annum Augiae non amplius exstitisse. Sed huius libri manuscripti iam anno 822 mentionem factam esse verisimile est; nam in catalogo librorum monasterii Sintleozes-Auvae conscripto anno VIII imperii a Ludovico suscepti liber quidam his verbis indicatur: „*in ecclesiasticen commentarius, liber I.*" (conf. *Neugart.* hist. episc. Constant. I. p. 537). Cum is ipse de quo agimus codex hunc commentarium exhibeat, non dubium videtur, quin idem designatus sit. Sed iam unde in has oras translatus sit, videamus. Iam supra diximus scripturam langobardicam esse. Itaque coniicere licet librum hunc ex Italia superiori Augiam allatum, quandoquidem, ut ipse catalogus ille antiquissimus testatur, in monasterio Augiensi scriptus non est (*Neugart.* l. d. p. 545).

Quam sententiam maxime confirmant quae de Eginone Veronensi episcopo narrantur. Hic enim ex Alamannorum gente ortus, ad monachicam vitam reversus, Augiam se contulit, abbatem precatus, ut in eadem insula habitandi facultatem sibi concederet; qua impetrata cellulam construxit, quam et ornamentis et libris ecclesiasticis locupletavit (conf. *Pertz.* monum. hist. germ. T. VI. p. 450 et *Quellensammlung der badischen Landesgeschichte*, ed. *Mone*. T. I. p. 62—63). Prae aliis libris, qui doctrinam sacram promovere putabantur, magno in honore habebantur illo aevo Hieronymi commentarii in

biblia sacra, quippe qui interpretationem scripturae sacrae maxime iuvarent.

Quae cum ita sint, facile concedetur fragmenta Pliniana, quae commentario Hieronymi cedere debuerunt, Verona Augiam translata esse.

§ 2.

DE RESTITUTIONE SCRIPTURAE.

Primum conatum legendi palimpsesti monachus quidam Sancti Blasii XVIII saeculo fecit. Qui cum adiumenta ab arte chemica non haberet, illos tantum locos indagavit, quorum vestigia scripturae flavo colore in membrana supererant. Exscripsit haec sola Plini verba p. 57 n. ed. [*vi*] *Ro et omnibus annis volusio saturnino* cet. Praeter hoc periculum monachi Sancti Blasii neque nobis cura viri alicuius docti innotuit, qui codicem hunc tractaverit, neque uspiam alibi mentionem huius palimpsesti factam cognovimus.

Veteri scripturae ita renovandae, ut legi posset, ammonium hydrosulphuratum adhibuimus (formulae chemicae $N^2 H^8 S\cdot$ aqua x), quo membranae non laeduntur. At non in omnibus locis satis efficax hoc adiumentum experti sumus, quare et tincturam Giobertinam (formulae chemicae $Cfy + 2K$ vel $CyK + Cy\,Fe$) admisimus coniunctam cum illo de quo ante diximus remedio, quo membrana conservaretur.

Ternos autem initiales versus indicis libri XII. p. 79 et libri XIV. p. 183, libri XV. p. 229 n. ed., qui rubro e planta quadam praeparato colore exarati sunt, nullo adiumento chemico restaurare potuimus.

Cum versus primae et secundae scripturae eodem dirigantur, foliis Plinianis partim inversis, ut fol. 69[b] p. 139. 138 ‿ fol. 74[b] p. 149. 148 cod. (signum ‿ foliorum mediorum compaginem indicat), altera alteram lineam tegente,

haud raro Plini verba recentiori manu tantopere obscurata sunt, ut difficultas aliqua legendi oriatur.

Quinque solum paginae: 34. 37. 195. 201. 247 n. ed., rescriptae non sunt, quod membranae, aut ablutione aut rasura, quod probabilius est, pumicis ope ad rescriptionem praeparatae, adeo attenuatae et tam pellucidae redditae erant, ut altera tantum pagina perscribi posset.

§ 3.

DE FRAGMENTIS OPERIS PLINIANI.

Constat codex foliis 134 vel paginis 268, quarum duodecim paginae: 80. 81 ⌣ 86. 87, 82. 83 ⌣ 84. 85, 260. 261 ⌣ 266. 267 cod., non veterem illam scripturam, sed solos Hieronymi commentarios habent. In paginis 263. 262 ⌣ 265. 264 cod. vero latet sub eodem commentario fragmentum Proverbiorum libri, scil. capp. XV, 9—25. XVI, 29—33. XVII, 1—11, saeculo quinto exaratum. Restant igitur folia 126 vel paginae 252 codicis Pliniani, quae in 26 quaterniones distributa et hoc ordine compacta sunt.

Q. I. pag. cod.	... ... ⌣	Q. V.	... ... ⌣ ... ...
	... ... ⌣		24. 25 ⌣ 22. 23
	216. 217 ⌣ 224. 225		... ... ⌣ ... ...
	139. 138 ⌣ 149. 148		... ... ⌣ ... ...
Q. II.	... ... ⌣	Q. VII.	... ... ⌣ ... ...
	16. 17 ⌣ 30. 31		189. 188 ⌣ 191. 190
	... ... ⌣		205. 204 ⌣ 207. 206
	... ... ⌣		223. 222 ⌣ ... ...
Q. III.	238. 239 ⌣ 232. 233	Q. VIII.	55. 54 ⌣ 57. 56
	112. 113 ⌣ 110. 111		116. 117 ⌣ 106. 107
	50. 51 ⌣ 60. 61		... ... ⌣ ... ...
	... ... ⌣		19. 18 ⌣ 29. 28
Q. IIII.	26. 27 ⌣ 20. 21	Q. VIIII.	... ... ⌣ ... ...
	... ... ⌣		125. 124 ⌣ 131. 130
	199. 198 ⌣ 213. 212		154. 155 ⌣ 164. 165
	... ... ⌣		245. 244 ⌣ 259. 258

Q. X.	... ...‿... ...
	196. 197 ‿ 182. 183
	... ...‿... ...
	174. 175 ‿ 176. 177
Q. XI.	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	219. 218 ‿ 221. 220
Q. XII.	202. 203 ‿ 208. 209
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	228. 229 ‿ 242. 243
Q. XIII.	226. 227 ‿ 214. 215
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
Q. XIIII.	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	230. 231 ‿ 240. 241
	132. 133 ‿ 122. 123
Q. XV.	254. 255 ‿ 248. 249
	... ...‿... ...
	170. 171 ‿ 180. 181
	11. 10 ‿ 5. 4
Q. XVI.	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	136. 137 ‿ 150. 151
Q. XVII.	129. 128 ‿ 127. 126
	108. 109 ‿ 114. 115
	118. 119 ‿ 104. 105
	186. 187 ‿ 192. 193
Q. XVIII.	235. 234 ‿ 237. 236
	185. 184 ‿ 195. 194
	166. 167 ‿ 152. 153
	48. 49 ‿ 62. 63
Q. XVIIII.	141. 140 ‿ 147. 146
	201. 200 ‿ 211. 210
	53. 52 ‿ 59. 58
	144. 145 ‿ 142. 143
Q. XX.	70. 71 ‿ 72. 73
	172. 173 ‿ 178. 179
	45. 44 ‿ 35. 34
	64. 65 ‿ 78. 79
Q. XXI.	37. 36 ‿ 43. 42
	156. 157 ‿ 162. 163
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
Q. XXII.	253. 252 ‿ 251. 250
	160. 161 ‿ 158. 159
	... ...‿... ...
	39. 38 ‿ 41. 40
Q. XXIII.	... ...‿ 168. 169
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	3. 2 ‿ 13. 12
Q. XXIIII.	94. 95 ‿ 96. 97
	103. 102 ‿ 89. 88
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
Q. XXV.	66. 67 ‿ 76. 77
	247. 246 ‿ 257. 256
	93. 92 ‿ 99. 98
	32. 33 ‿ 46. 47
Q. XXVI.	... ...‿... ...
	7. 6 ‿ 9. 8
	134. 135 ‿ 120. 121
	91. 90 ‿ 101. 100
Q. XXVII.	69. 68 ‿ 75. 74
	... ...‿... ...
	... ...‿... ...
	0. 1 ‿ 14. 15

Quaterniones VI, XXVIII, XXVIIII desunt.

Liber XV enim a Q. XXVII. f. 8. p. 252 n. ed. usque ad finem libri implebat duos quaterniones XXVIII et XXVIIII. Quare ex numero quaternionum revocari ad calculos potest,

quot quaterniones habuerit integer et primitivus, ut ita dicam, codex, quaeque eius sit pars deperdita. Si codex primum librum i. e. indices exhibuit, praecedere debuerunt his fragmentis, quae a libro XI incipiunt, nonaginta quaterniones, qui primum implebant volumen totius operis.

Totidem quaterniones unumquodque coniicimus implevisse volumen, quamobrem unius et secundi quidem voluminis tertiam fere partem is quem nos repraesentamus codex servavit.

Fragmenta igitur Plini naturae historiarum, quae exhibet palimpsestus, haec sunt:

Libri primi, quae leguntur

Libro XI

a voce *reliqua scarabaeorum* usque ad voc. *de victu* Sill. I. p. 35_37.

Libro XII

a v. *arborum natura* u. ad v. *spondylion* ibid. p. 38_39.

Libro XIII

a v. *paliurus* u. ad v. *ephesio* ibid. p. 40_41.

Libro XIIII

a v. *frugiferae arbores* u. ad v. *iuba rege* ibid. p. 41_42.

Libro XV

a v. *natura frugiferarum* u. ad v. *iuba rege* ibid. p. 43_44.

Libri undecimi:

Cap. III_IV. sect. 2_3. §§. 6_10.

a v. (*incre*)*dibile existimare* u. ad v. *pectore avolsum* Sill. II. p. 254_255.

C. XI_XII. s. 10_12. §§. 26_31.

a v. *cellarum minimae* u. ad v. *terrae halitu* ibid. p. 260_261.

C. XIV_XVI. s. 14_16. §§. 35_48.

a v. (*con*)*tra copia* u. ad v. *adhaerentque ita ut* ibid. p. 262_265.

Cap. XVII_XXI. sect. 18_24. §§. 56_73.

a v. (*es*)*se utique* u. ad v. *hautemere sine* Sill. II. p. 267_271.

C. XXIII_XXIV. s. 27_28. §§. 77_80.

a v. (*in*)*sula nasci* u. ad v. *est quaedam* ibid. p. 272_273.

C. XXV_XXVI. s. 30_32. §§. 88_92.

a v. (*in*)*canduere solis* u. ad v. *pereunt; sunt au*(*tem*) ibid. p. 275_276.

C. XXVII_XXVIII. s. 32_34. §§. 95_99.

a v. (*lo*)*crensi canunt* u. ad v. *melle fingunt* ibid. p. 278.

C. XXIX. s. 35. §§. 102_106.

a v. *nascuntur in* u. ad v. *parthis et haec* ibid. p. 279_280.

C. XXXVII. s. 63_67. §§. 166_178.

a v. (*maxilla*)*res, qui sunt* u. ad v. *quoniam praetenui* ibid. p. 295_299.

ibid. s. 69_72. §§. 182_190.

a v. (*om*)*nibus membris* u. ad v. *extorum tris*(*tis*) ibid. p. 300_302.

ibid. s. 75_79. §§. 195_202.

a v. (*ie*)*core est et* u. ad v. *ventre protinus* ibid. p. 303_305.

ibid. s. 81_87. §§. 206_214.

a v. *circum eos* u. ad v. *leoni in fe*(*minum*) ibid. p. 306_308.

ibid. s. 88_93. §§. 219_227.

a v. (*membro*)*rum evidens* u. ad v. *carne est vol*(*nerata*) ibid. p. 310_312.

C. XXXIX_XLVII. s. 95_107. §§. 232_256.

a v. (*mamma*)*rum notas* u. ad v. *circumagit in aversam* ibid. p. 313_320.

C. XLIX_L. s. 109_111. §§. 261_265.

a v. *simul atque* u. ad v. *parte ut* ibid. p. 321_322.

C. LI_LII. s. 112_114. §§. 269_277.

a v. *dictum est* u. ad v. *maxime senio* ibid. p. 324_326.

C. LIII_LIV. s. 116_119. §§. 281_284 ad fin.

a v. (*ves*)*ci, sed non* usque ad finem libri p. 327_328.

Libri duodecimi:

Cap. I. sect. 2_4. §§. 4_8.

a v. *(men)sae depugnetur* u. ad v. *aetatem tantum* Sill. II. p. 330_331.

C. III_VI. s. 7_12. §§. 16_24.

. a v. *cavernas radicibus* u. ad v. *in sydracis* ibid. p. 333_336.

C. VII_X. s. 15_21. §§. 31_38.

a v. *(medicamen)tum item* u. ad v. *flos suavitate* ibid. p. 338_340.

C. XIV. s. 32. §§ 61_65.

a v. *praecipua autem* u. ad v. *ad nostrum* ibid. p. 346_347.

C. XVII_XIX. s. 36_42. §§. 72_87.

a v. *arabia lainam* u. ad v. *permixta hi* ibid. p. 349_354.

C. XIX_XXI. s. 43_45. §§. 95_99.

a v. *(sarmen)to tenui cute* u. ad v. *eo comportatur* ibid. p. 355_357.

C. XXII_XXV. s. 47_54. §§. 103_121.

a v. *phoenicobalanus* u. ad v. *arescit in manu* ibid. p. 358_362.

C. XXV_XXVII. s. 56_60. §§. 126_130.

a v. *quod maxime* u. ad v. *cibum matu(ra)* ibid. p. 364_365.

Libri decimi tertii:

C. I_XXV. s. 2_52. §§. 4_142 ad fin.

a v. *(prodigio)sa cinnamomio* usque ad finem libri; ibid. p. 368_404.

Libri decimi quarti:

C. I. s. 1_2. §§. 1_9.

a v. *externae arbores* u. ad v. *templum iunonis* ibid. p. 405_407.

Cap. II_III. sect. 4. §§. 20_43.
a v. (*allobro*)*gica frigidis* u. ad v. *picina om*(*nium*) Sill. II. p. 412_417.

C. IV. s. 5_6. §§. 47_55.
a v. (*maxi*)*me in quemvis* u. ad v. *vetustate pingues*(*cere*) ibid. p. 418_421.

C. V_VI. s. 7_8. §§. 58_66.
a v. (*andro*)*cydes, sapientiae* u. ad v. *circa messanam* ibid. p. 422_424.

C. VIII_XI. s. 10_13. §§. 79_87.
a v. (*quo*)*que coum* u. ad v. *gratiam fuisse* ibid. p. 427_430.

C. XV_XVII. s. 17_20. §§. 97_113.
a v. (*de*)*disset hortensius* u. ad v. *statim ad* ibid. p. 432_436.

C. XX_XXII. s. 25_29. §§. 130_150 ad fin.
a v. (*in*)*clinantis, experimentum* usque ad finem libri; ibid. p. 443_445.

Libri decimi quinti:

C. I_III. s. 1_3. §§. 1_10.
a v. *olivam* u. ad v. *ante eam* ibid. p. 446_448.

C. III_XI. s. 4_11. §§. 14_39.
a v. *accedere etiam* u. ad v. *amplitudinem* ibid. p. 450_457.

C. XIII_XIV. s. 13_15. §§. 44_49.
a v. *nomine ipso* u. ad v. *suis aeter*(*nam*) ibid. p. 458_459.

C. XV_XVII. s. 17_18. §§. 57_64.
a v. (*ma*)*lis platanum* u. ad v. *quae* (*nisi*) ibid. p. 461_463.

C. XVIII. s. 19_20. §§. 72_77.
a v. *ut vel hoc* u. ad v. *comitio romae* ibid. p. 465_467.

§ 4.

DE FORMA CODICIS AC SCRIPTURA.

Forma codicis ea est, quae vulgo octava maior dicitur; folia longitudinem habent mensurae francogallicae circiter 2 *décimètres*, 4 *centimètres*, latitudinem vero 1 *décimètre*, 5 *centimètres;* differunt enim inter se singula folia 0,237 — 0,245 ᵐ in altitudine, 0,142 — 0,155 ᵐ in latitudine. Singulae paginae vicenas senas lineas habent, exceptis duabus, quae 25 tantum exhibent lineas sive versus, scil. p. 178 et p. 223 n. ed., quibus incipiunt librorum XIV et XV epitomae, et illis, quibus indices vel libri finiuntur, p. 78, 118, 176, 177, 182, 221, 222, 228 n. ed. Iam vero cum inter artis palaeographicae peritos constet saepenumero ex ea ratione, qua lineae a librariis ductae sint, iudicium minime fallax peti posse in disquirenda codicum aetate, de hac re accuratius nunc agamus. In quavis pagina satis amplum spatium ab omni parte vacuum relictum est a scriptura. Sic scriptioni patefacta est quadrata, ut ita dicam, area, in cuius dextera margine, sed in hac sola, acus ope vicena sena puncta pari inter se intervallo distantia facta sunt. Ex his punctis totidem transversae lineae ductae sunt stilo vel simili quodam instrumento, ita ut fissurarum, quas charta inde traxerit, vestigia supersint, imo ut plus semel membrana laesa sit; coloris autem, quo lineae significatae sint, ne indicium quidem adest, quo patet ad tenues modo fissuras scribentis oculos collineatos fuisse. Lineae illae a sinistra scribentis ora alia linea perpendiculari includuntur extrema; in dextera ora secantur linea perpendiculari, quae a margine paululum distat: quo fit, ut lineae in hac ora extra scripturam procedant. Accuratam linearum imaginem hic exhibemus, quo facilius lectores omnem rem animo informare possint.



Sed pergamus in reliqua descriptione.

Singuli versus circiter vicenis quaternis literis maiusculis uncialibus, quae parvam rotundamque formam habent, accuratissime sunt exarati, sicut in Italia conscripti libri exhibere solent: qua de causa codicem, de quo agimus, in Italia confectum iure suspicamur. Paucae quidem literae ubique minorem vel minusculam formam habent, nempe *d*, *e*, *h*, *q*; *u* vero vel consona vel vocalis uno eodemque modo scribitur; si autem numerum *quinque* indicat, forma quadrata praelata videtur. Litera *j* prolongata vel consonans rarissime occurrit, sed prorsus non differt ab *i* vocali ac promiscue huius loco adhibetur p. 170, 15. 245, 17. 247, 16 (alter numerus paginam nostrae editionis, alter lineam indicat).

Hic illic etiam maiusculae quadratae literae in textu obviae sunt: C (*c*) p. 52, 24; E (*e*) p. 15, 9; F (*f*) p. 47, 17; G (*g*) p. 70, 16; H (*h*) p. 62, 10; T (*t*) p. 172, 15; V (*u*) p. 77, 6. Alias huius formae literis non nisi in inscriptionibus vel titulis librorum usus est antiquarius.

Praeterea et literas contignatas, praesertim in fine linearum, e scriptura lapidaria desumtas adhibuit, quae sequuntur:

Æ (*ae*) p. 18, 4.	UÆ (*uae*) p. 120, 7.
AS (*as*) p. 18, 18.	UL (*ul*) p. 130, 10.
HN (*hinn*) p. 62, 10.	UM (*um*) p. 88, 5.
NC (*nc*) p. 184, 4.	UN (*un*) p. 225, 22.
NS (*ns*) p. 187, 1.	UNT (*unt*) p. 77, 23.
NT (*nt*) p. 87, 22.	UP (*up*) p. 68, 2.
OR (*or*) p. 71, 18.	UR (*ur*) p. 77, 20.
OS (*os*) p. 90, 3.	US (*us*) p. 76, 21.
UA (*ua*) p. 48, 18.	UT (*ut*) p. 91, 26.

UU (*uu*) p. 60, 7.

Eadem ratione literis maioribus vel initialibus minores infixit:

CA (*ca*) p. 44, 1.	CO (*co*) p. 39, 1.
CE (*ce*) p. 72, 1.	CU (*cu*) p. 20, 10.
CI (*ci*) p. 41, 1.	UC (*uc*) p. 127, 24.

Prima litera paginarum plerumque forma ceteris maiori insignitur, qua librarius initium paginae indicaret impediretque, ne scholia vel interpolationes de superiore margine in textum irreperent. Singula vocabula in codice spatiis non distinguuntur literaeque continua serie subsequuntur, qui modus scribendi initio tantum sectionum orationis deseritur, quae post vacuam partem lineae incipiunt. Inde haud raro difficultas in separandis vocibus exoritur, ut afferamus: *triumphis vicenas* vel *triumphi sui cenas* p. 207, 4, *aurae spirante* vel *aura e spirante* p. 102, 19. Quod ad commatum distinctionem attinet, punctum supra versum positum ante omnes fere particulas coniunctivas more italico invenitur, e. g. ·*et*, ·*ac*, ·*atque*, ·*neque*. Quaternionum numerus in postrema earum pagina inferiori margini inscriptus legitur, ut p. 24, 32, 58, 90, 94, 114, 134, 150, 166, 182, 190, 202, 208, 216, 232, 252.

In fronte cuiusque paginae operis titulus ac libri numerus indicantur, exceptis aliquibus a ligatore mutilatis. Indices ea inscriptione plerumque carent, undecimi solum libri addita est inscriptio.

Universum opus Plinianum ita inscriptum erat: *C. Plini Secundi naturae historiarum libri,* ut e p. 177, 2. 3. 222, 2 apparet.

§ 5.

DE COMPENDIIS SCRIBENDI AC SIGLIS.

Unumquodque scripturae compendium indicatur puncto ultimae vocabuli literae addito, ut exemplis utamur: __*b*·[*us*], *q*·[*ue*] vel *s*·[*cripsit*] p. 117, 2, *observat*·[*iones*] p. 225, 8, *histor*·[*iae*] p. 225, 7. Praeterea autem punctum iuxta literas paulo superius scribitur, quo seiungantur orationis particulae, ubi hodie commatum vel puncti signis utimur.

Lineola — praesertim in fine versus significat *m* vel *n*, in mediis autem lineis vel vocabulis indicat quamcunque syllabam omissam, ut p. 222, 4 *incip̄·* pro *incipit.* Haud raro autem antiquarius hoc compendio uti neglexit, qua de re infra agetur. Tenuior lineola numeris imposita est, quo facilius distingui possent a literis ipsis, ut afferamus $\overline{dcc}$ p. 207, 14; eadem autem lineola supra numerum ducta *mille* significat, e. g. $\overline{lxxiiii}$ p. 94, 13. Si vero literae numerales vel ultima earum lineola per medium traducta secantur, antiquarius ea scriptione lectorem advertere voluit non totum numerum, sed dimidiam partem eius signi numeralem, quod lineola transversa divisum est, intellegendam esse, ut exemplo utamur *lxv* i. e. 64½ p. 94, 15. Per vacuum versus intervallum in fine sectionis interdum lineola perducta est, quae nihil indicat, nisi locum istum vacuum relictum esse; qua lineola cavisse videtur antiquarius, ne emendatio aliqua adiiceretur.

Signum ϰ et ꝫ (vel ∵ p. 191, 11. 213, 6) in exeunte versu positum est plerumque, ubi vocabulum seiungitur, ut *de*ꝫ||*bent*

p. 215, 12. 13, sed aliquot modo locis ad implendum vacuum spatium adhibitum videtur. Eadem fere ratione in fine sectionum vel epitomarum vel librorum occurrit signum ⸎, quod locum scriptura vacantem indicaret interpolationesque prohiberet *).

Ad· = *a*[*nte*] *d*[*iem*] p. 232, 20.
c parvum ad marginem positum = *c*[*orrigatur*] p. 1, l. 11, 12.
C· = *c*[*aius*] p. 65, 9.
CN· = *cn*[*eius*] p. 229, 19.
COS = *co*[*n*]*s*[*ul*] p. 229, 19.
COSS = *co*[*n*]*s*[*ulibu*]*s* p. 229, 12.
d̅· = *quingenti* p. 154, 15.
e· = *e*[*t*] p. 225, 16.
F· = *f*[*ilius*] p. 225, 16.
·F· = *scripsit* p. 118, 10.
GN· = *gn*[*eius*] p. 151, 8.
h̅O̅ = *h*[*oc sign*]*o* p. 15, 24.
h̅S̅ = *h*[*oc*] *s*[*igno*] p. 15, 27.
h̶S = *sestertius* p. 154, 15.
I· = *i*[*ulius*] p. 229, 12.
IAN· = *ian*[*uarius*] p. 46, 17.
Id· = *id*[*us*] p. 15, 21.
KAL· = *kal*[*endae*] p. 232, 20.
L· = *l*[*ucius*] p. 226, 4.
∞ = *m*[*ille*] p. 170, 25.
M̅ = *m*[*ilia*] p. 201, 8.
M· = *m*[*arcus*] p. 180, 2.
Ṗ et P̅ = *p*[*assus*] p. 94, 3. 14. 86, 17.
P· = *p*[*ater*] p. 225, 16.
P· = *p*[*ublius*] p. 123, 22.
PR = *p*[*opulus*] *r*[*omanus*] p. 229, 8.
PR· = *pr*[*idie*] p. 15, 21.
OCT· = *oct*[*obris*] p. 232, 20.
q· = *q*[*uintus*] p. 151, 15.
qS· = *q*[*uod*] *s*[*upra*] p. 144, 1.
SePT· = *sept*[*embris*] p. 15, 21.
SeX· = *sex*[*tus*] p. 226, 8.
X̶ = *denarius* p. 92, 2.

§ 6.

DE AETATE CODICIS AC PATRIA.

Si iam quaeritur, quo tempore codex sit exaratus, ex iis, quae supra attulimus, coniicere licet eum saeculo quarto exeunte vel ineunte quinto conscriptum esse. Eo tempore magna membranarum copia suppetebat, cuius rei testimonio hic ipse codex adhiberi potest, cum antiquarius haud parce membrana usus sit; spatiosa scilicet margine splendidum Plini operis exemplar exhibere voluit. Insequenti aetate, cum

*) De hoc signo ⸎ legimus in codice saec. X bibl. Graecensis $\frac{42}{4}$: ꝁ *cronis* (i. e. *coronis*) *nota tantum in fine libri ponitur*, ex quo apparet signum χορωνίδος grammaticorum esse.

propter continua bella etiam pacis artes iacerent, opificesque chartarum membranacearum rarescerent, ac proinde pretium membranarum mirifice auctum esset, ullum codicem tam accurate et tam liberaliter perscriptum esse cum confidentia quadam negamus. Iam supra indicavimus codicem propter parvam rotundamque literarum formam et propter summam quae in scriptura cernitur diligentiam in Italia confectum videri, quod idem optime praeparata, tenuissima, subfusca membrana probatur, qua plerumque Itali usi sunt *). Rescriptus quidem est, postquam ablutione et in aliquot paginis rasura pumicis ope prior scriptura deleta est, et rescriptus est, nisi omnia nos fallunt, Veronae. Inter eiusdem bibliothecae libros fuisse videtur, cuius reliquiae hucusque Veronae in scriniis capituli cathedralis *(biblioteca dei canonici)* asservantur: quam bibliothecam saeculo octavo, quo Egino ecclesiae Veronensi praeerat, iam exstitisse librisque antiquissimis et christianis et classicis refertam esse suspicamur, antequam Pacificus diaconus saeculo nono Veronensi capitulo 218 libros mss. dono obtulit. Nam et palimpsestus, qui Gaii institutiones, et codex, qui biblia sacra continet, saeculo quarto conscripti, in eadem bibliotheca supersunt, quamobrem et hunc codicem Plinianum iure nobis licet Veronensem appellare. Quare spes aliqua nobis data videtur Veronae et alia adhuc latere et aliquando reperiri posse eiusdem codicis Pliniani fragmenta.

§ 7.

DE ANTIQUARIO ATQUE EMENDATORE.

Antiquarium, qui codicem exaravit, eruditioribus adnumerandum esse vel orthographia vocum graecarum probat; scripsit enim: *mna* p. 93, 13, *dryppa* p. 238, 26, *pyrrhus* p. 44, 22. cet.

*) Idioma autem codicis Italiam superiorem vel Galliam cisalpinam eius patriam prodit, de qua re infra disseretur.

Saepissime vero lapsu calami errores admisit, e quibus apparet eum minus attente archetypum exscripsisse, apographum vero non ubique repetita lectione emendavisse. In legendo enim plus semel aberravit ab archetypi literis, cuius erroris exempla collecta a nobis sunt haec, quae singula afferimus, quo facilius corrupti isti loci emendari possint.

A pro O p. 8, 23.	O pro A p. 130, 5.
A pro R p. 69, 6.	P pro G p. 32, 21.
A pro V p. 248, 7.	P pro T p. 8, 18.
C pro G p. 240, 1.	P pro Y p. 28, 3.
C pro T p. 209, 24.	R pro A p. 151, 15.
CT pro Y p. 181, 13.	R pro IL p. 238, 4.
d pro N p. 23, 20.	R pro L p. 239, 23.
d pro P p. 220, 9.	R pro M p. 98, 5.
F pro ϴ p. 163, 22.	R pro N p. 66, 6.
G pro C p. 170, 2.	R pro P p. 240, 1.
I pro L p. 32, 13.	R pro Y p. 158, 6.
I pro S p. 73, 13.	S pro F p. 240, 3.
I pro T p. 212, 13.	S pro I p. 234, 18.
L pro C p. 74, 9.	S pro N p. 53, 26.
L pro I p. 82, 13.	T pro C p. 236, 1.
L pro R p. 50, 16.	T pro I p. 240, 13.
LI pro U p. 70, 3.	T pro L p. 69, 3.
M pro XA p. 52, 18.	T pro S p. 67, 11.
N pro AL p. 158, 6.	T pro X p. 23, 18.
N pro AS p. 242, 18.	U pro LI p. 15, 1.
N pro R p. 28, 1.	U pro N p. 247, 14.
N pro V p. 201, 18.	UT pro IN p. 237, 11.

X pro A p. 201, 24.

Idem puncta, quae compendia scribendi indicarent vel interpunctionis gratia addi deberent, haud raro omisit, ut afferamus *apibunt* pro *apib·[us]unt* (i. e. *apibus sunt*) p. 11, 2.

Deinde, quod facillime accidit in continua scripturae serie, semel modo scripsit antiquarius literam vel syllabam, quam duplicem exarare debebat, cum eadem litera in fine praecedentis vocabuli et in initio sequentis ponenda fuisset, e. g. *cibumatura* pro *cibum matura* p. 114, 26, *quinec* pro *quin nec*

p. 92, 14, *luporuminimi* pro *luporum minimi* p. 28, 17, *hautemere* pro *haut temere* p. 26, 26, *innumerisudor* pro *innumeris sudor* p. 55, 25, *singularemedium* pro *singulare remedium* p. 208, 3.

Nec minus neglexit singulas literas in initio vocabuli, ut: *raduntur* pro *traduntur* p 22, 6, *murca* pro *amurca* p. 237, 14, *pionia* pro *spionia* p. 190, 16, *pinas* pro *spinas* p. 247, 6, et aliquoties in media voce *s*, *r*, *i*, plerumque autem *m* et *n* (qua de re conferas, quae de idiomate codicis et de archetypo disseremus), ut exemplis utamur: *lacivia* pro *lascivia* p. 35, 12, *indorum* pro *in dorsum?* p. 35, 26, *uni* pro *vini* p. 132, 26, *conciis* pro *consciis* p. 244, 16, *stepsiceroti* pro *strepsiceroti* p. 36, 4. cet. p. 74, 25. 77, 7.

Hic illic etiam omittitur ultima vocabuli litera, ut: *a*, *c*, *s*, *t*, *m*: *poste* pro *postea* p. 157, 7, *a* pro *ac* p. 12, 15, *ar* pro *ars* p. 41, 9, *alvo* pro *alvos* p. 16, 26, *iunci* pro *iuncis* p. 240, 21, *praefer* pro *praefert* p. 128, 5, *cartilagine* pro *cartilaginem* p. 10, 8, *mare* pro *marem* p. 18, 4, *eode* pro *eodem* p. 35, 15. Quare si ultima litera, quae negligitur, vocalis est, hanc autem alia vocalis sequitur, elisioni locus datus esse videtur, ut afferamus: *essaliqua* pro *esse aliqua* p. 74, 26, *quitentidem* (sic) pro *qui identidem* p. 76, 16, *sinaculeo* pro *sine aculeo* p. 11, 3, *insatiabilianimalium* pro *insatiabilia animalium* p. 50, 25, *pluranim* pro *plura enim* p. 52, 10, *amarioresse* pro *amariore esse* p. 112, 19, *amplitudost* pro *amplitudo est* p. 156, 24, *pingualiquando* pro *pingui aliquando* p. 51, 2, *quitem* pro *qui item* p. 182, 2.

Tum autem syllabae quaedam, quas siglis scribere solebant veteres, saepe et ab initio et in medio et in fine vocis omittuntur; de his quidem infra disputabitur, ubi de archetypi scriptura agetur. Sed quod ad emendandas lectiones corruptas eiusmodi lapsus calami nobis accuratius notandi videntur, exemplorum recensum hic damus:

al p. 233, 22.	*lu* p. 188, 13.	*ri* p. 154, 8.
bi p. 232, 11.	*ma* p. 207, 25.	*se* p. 74, 25.
bu p. 39, 20. 199, 13.	*mi* p. 197, 9.	*ta* p. 112, 11.
ce p. 94, 1.	*ne* p. 221, 1.	*te*? p. 214, 24.
ci p. 63, 2.	*ni* p. 173, 21.	*ti* p. 160, 23.
cu p. 204, 12.	*no* p. 131, 19.	*tus* p. 200, 8.
di p. 135, 12.	*os* p. 76, 12.	*ve* p. 236, 26.
en p. 88, 5. 93, 5.	*ov*? p. 87, 19.	*ver* p. 26, 5.
ex? p. 23, 18.	*pi* p. 192, 18.	*vi* p. 77, 1.
ge p. 193, 4.	*re* p. 208, 3.	

Praeterea antiquarius non recte legerat archetypi sigla, unde, ut exempla afferamus, hae corruptelae exortae sunt: *alterum* pro *laterum* p. 52, 20, *illo* pro *loco* p. 249, 14.

Postremo idem et integras lineas omisit, cum in describendo archetypo a simili voce prioris lineae ad similem sequentis oculis aberrans unam vel complures archetypi lineas praeteriret, ut p. 12, 5. 25, 9. 36, 12. 67, 8. 73, 1. 91, 2. 97, 9. 114, 21. 129, 2. 150, 2. 155, 20. 157, 2. 173, 18. 187, 2. 205, 1. 210, 13. 211, 8. 239, 12. 245, 6. 251, 11. Ceterum vid. § 9 de archetypo eiusque aetate.

Singulas literas bis posuit, praecipue ubi in fine linearum vocabula disiunguntur, p. 12, 15. 17, 22. 18, 18. 49, 24. 71, 16. 72, 15. 73, 14. 94, 26. 122, 26. 123, 1. 124, 23. 135, 11. 142, 10. 143, 13. 153, 10. 159, 10. 17. 185, 4. 186, 4. 187, 11. 198, 5. 211, 16. Aliquoties antiquarius in mediis etiam lineis repetit literas *i*, *l*, *t*, *p*, *r* (vid. p. xxxii). Ut exemplis utamur: *aliis* pro *alis* p. 11, 22, *camellis* pro *camelis* p. 93, 25, *rettulit* pro *retulit* p. 199, 23, *trappetis* pro *trapetis* p. 237, 15, *barrbaros* pro *barbaros* p. 62, 23.

Idem supervacaneas vocibus addidit literas finales *i*, *m*, *s*, *t*, e. g. *omnii* pro *omni* p. 24, 25, *diversitatem* pro *diversitate* p. 189, 7. 199, 1. 219, 2. 220, 16, *verteres* pro *vertere* p. 235, 11, *causas* pro *causa* p. 237, 4, *germent* pro *germen* p. 139, 14.

Item syllabae bis positae reperiuntur, cum antiquarius neglecto puncto, quod compendium scribendi indicaret, iterum syllabam omissam repeteret, ut afferamus: _*b*·[*us*]*us* p. 8, 22, _*q*·[*ue*]*ue* p. 69, 5.

Graviore vero errore integrum aliquod vocabulum vel adeo plura repetita sunt, quae in aliis quoque mss. deprehenduntur et paragrammata vocantur; ut exemplis utamur: *texitur texitur* p. 184, 5, *nigris nigris* p. 239, 6, *ut ut* p. 235, 2, *exprimunt exprimunt* p. 239, 1, *hiemis quales hiemis quales* p. 167, 2, *gignit quod gignit quod* p. 173, 10, *quibus parva nobilem quibus parva nobilem* p. 75, 25. 26. *arbores non fere arbores non fere* p. 153, 22, *alius ut quantum biberit tantum* — *alius ut quantum biberit tantum* p. 217, 14, *antigono cymaeo* cet., *antigono cymaeo* p. 227, 6 seqq.

Quamquam vero codex lapsu calami saepius est corruptus, attamen neque socordia neque tumultuaria opera confectus, sed ab eodem antiquario secundis curis emendatus est. In ultima enim pagina libri XIII. p. 176, 24 n. ed. obliquis literis, quarum usus in diplomatis saeculi quinti esse solet, haec vox adscripta legitur: *emenda*[*vi*] scil. librum, quod vocabulum eadem manu additum est, quae totum hunc codicem exaravit atque correxit. Ex quo consequitur ab antiquario ipso emendationes libri esse factas. Identidem ex hac mendorum correctione liquet eum, qui librum transcripsit, et latine et graece doctum fuisse apographumque cum archetypo contulisse, quod, ut ex apographo colligitur, optimum et antiquissimum exemplar omnium quotquot exstant codicum Plinianorum fuisse persuasum habeamus. Secundae autem illius curae quae fuerit ratio, paucis indicandum nobis est.

Emendator enim supervacaneas literas vel lineolis traductis vel punctis impositis notavit, idem falsas delevit p. 66, 6. 100, 25. 132, 5. 167, 20 atque rectas restituit p. 167, 9, syllabas omissas adiecit p. 197, 9. 199, 13. 204, 2. 151, 3. 166, 22, et neglectas orationis particulas addidit p. 15, 27. 211, 1. 230, 1.

Idem signum coronidis, de quo supra a nobis dictum est p. xx, in fine sectionum cet. apposuit, quo a loco scriptura vacante interpolationem arceret.

Cum integra vocabula false scripta emendare volebat, iuxta ea correctam posuit lectionem, qua re lectorem moneret eiusmodi emendationes in ipso textu ponendas esse. Cuius rei exempla sunt: *impetu in fetu* p. 11, 12, *et eodem ex eodem* p. 32, 22, *opifaerae opiferae* p. 41, 6. Aliquando et variae lectionis vocabula una sunt posita, quae redundantia iam in archetypo fuisse videtur (conf. § 9).

Verum quam difficile sit discernere emendationes secunda manu additas, silentio praeterire non possumus, sperantes fore, ut emendator aeque ac nos excusemur, si quam emendationem secundae curae omni adhibita diligentia praetermiserimus.

Haec, quae de codicis antiquario atque emendatore adhuc disputavimus, pro certis poni posse existimamus. Sed supersunt alia nobis dicenda, quae, quod coniectura modo, sed ea, ut nobis saltem videtur, admodum probabili, continentur, aliorum nobis doctiorum hominum arbitrio relinquamus decernenda. Nimirum cum in fine libri XIII hoc verbum, ut supra commemoravimus, legatur: *emenda*[*vi*], extra dubitationem hoc positum, eum, qui emendaverit codicem, qui mos fuit grammaticorum nec non antiquariorum et excerptorum, nomen suum in totius operis fine in hunc fere modum subscripsisse: *N. N.* (Eugraphius vel quicunque alius fuit) *legi et emendavi*, vel simpliciter: *Ego N. N. emendavi.* Iam cum constet eum, qui in Plinio emendando hoc munere functus sit, *Iunium Laurentium* sive, ut *Schneidewinus* mavult, *Laureatum* nominatum esse, facile quis suspicetur hoc nomen in fine totius operis vel alicuius libri lectum fuisse. Sed alia nobis oborta est suspicio. Nimirum codicis, quem nos tractavimus, emendatorem non fuisse illum *Laurentium* sive *Laureatum* inde apparere arbitramur, quod magna lectionum est differentia palimpsesti nostri et eorum codicum, qui *Lau-*

renti manum emendatricem se expertos esse iactant. At eadem subscriptio, eadem manus, idem scribendi modus, scil. qui in diplomatis locum habet, nisi nos plane fallit memoria — nam tum, cum Mediolani, ubi Frontonis palimpsestus asservatur, eramus, hic Plinianus a nobis nondum detectus erat — reperitur in fine librorum *Frontonis* in hunc modum: *legi et emendavi* i. e., ut e Vaticano Frontonis palimpsesto constat, *Caecilius saepe rogatus legi et emendavi.* Iam si quis Pliniani palimpsesti originem et patriam reputet, facile in eam adducatur opinionem, ut statuat Plini quoque codicem ab eodem *Caecilio* emendatum esse. Quae si vera sunt — mox autem hoc erui poterit ab eo, qui utriusque codicis comparandi facultatem habebit — duos iam ac diversos quidem Plini habebimus emendatores, *Laurentium* et *Caecilium.* Quae eadem res magnam habet vim in codicum Plinianorum historiis in clariore luce collocandis. Ac novum etiam inde pondus accedet ad firmandam nostram de Plini palimpsesti aetate sententiam. Nam Frontonis quoque librum exeunte quarto vel ineunte quinto saeculo scriptum esse post *Niebuhri* et Maii disputationem nemo est, qui in dubitationem vocare velit.

Sed, ut iam supra significavimus, haec, quae modo protulimus, utpote quae probabili quidem coniectura, sed coniectura tamen nitantur, a reliqua disputatione seiuncta esse volumus. Nunc in ordinem redeamus.

§ 8.

DE CODICIS IDIOMATE SIVE DE QUIBUSDAM LINGUAE PROPRIETATIBUS, QUAS ANTIQUARIUS IN TRANSCRIBENDO SECUTUS EST.

Cum e codicis idiomate de antiquari patria et de archetypi aetate iudicari recte possit, operae pretium facturi nobis videmur, si de ea re prolixius disseramus. Nam cum antiquissimas archetypi formas, non solum eas, quae ad ortho-

graphiam referrentur, sed etiam eas, quae ad grammaticam spectarent, sequeretur antiquarius, codicem rescriptum ideo, quod illius temporis, quo transcriptus est, proprium loquendi usum servavit, magni sane aestimandum censemus.

Primum antiquiores quas codex praebet formas proferamus has: *aliubi* p. 59, 18, *actramentum* (atramentum) p. 9, 23, *atlans* p. 154, 7, *alpennino* (appennino) p. 63, 8, *balineis* p. 157, 25, *cn* (*cneus*) p. 229, 19, *brutia* p. 215, 1, *colos* p. 160, 22, *dextera* p. 67, 26, *diu* (divo) p. 12, 16, *elephans* p. 60, 3, *figulinarum* p. 249, 7, *lagonis* p. 205, 25, *erubents* p. 54, 16, *infereiore* p. 65, 20, *iocur* p. 5, 4, *iugulandis* p. 239, 19, *lact* p. 59, 5, *moeris* p. 252, 5, *neclectis* p. 186, 11, *osfactum* (ὀσφανθείς, olfactum) p. 9, 16, *paene insula* p. 101, 22, *panasae* (pansae) p. 69, 7, *peduculi* (pediculi) p. 138, 2, *perusiniae* p. 193, 10, *salurnitana* p. 124, 7, *sibulluna* p. 34, 10, *suria* p. 246, 8, *lucium* (lycium) p. 80, 5, *tuburum* (tuberum) p. 246, 15, *septumo* p. 77, 24, *ultuma* p. 71, 21, *optume* p. 157, 23, *maxume* p. 58, 25, *monumenta* p. 144, 16, *tegumento* p. 46, 2. In mediis vocabulis, in quibus ambiguum est, utrum *l* duplicetur annon, ubicunque geminata litera *ll* vetustiorem scribendi modum monstrat, antiquarius item hunc usum sequitur, e. g. *sallentina* (ut clare legitur in *Fast. cons.*), *culleus* cet.

Accusativus singularis numeri non solum peregrinarum, sed etiam latinarum vocum saepius in _*n* finitur, *memphin* p. 142, 26, *panacen* p. 113, 8, *aristotelen* p. 74, 24, *sabin* p. 94, 2, *fruticen* p. 163, 25, *laricen* p. 158, 13. Ablativus casus eiusdem numeri, qui in _*ei* exit, semel tantum invenitur, *hiemei* p. 77, 8. Pro vulgari scriptura, quae in genitivo singul. et dativo et ablativo plur. num. _*ii* et _*iis* offert, codex plerumque unicum exhibet _*i*, e. g. *folis*. Sed in genitivo et accusativo num. plur. quartae decl. contractionem non admisit; scripsit enim *pastuus* p. 23, 25, conf. p. 9, 10. 11. 20, 26. 22, 6. 27, 2. 29, 3. 34, 20 cet.

Tum e sui temporis usu loquendi desumsit antiquarius formas et proinde eas inter vetustiores promiscue exhibuit, ut afferamus: *balnearum* p. 123, 1, *figlina* p. 250, 21, *monimenta* p. 150, 22, *gneum* p. 45, 10, *gnidium* p. 115, 7 et *cnidium* p. 163, 24. Eadem ratione idem in praepositionum assimilatione compositorum verborum sibi non stetit, siquidem antiquiores quae in archetypo lectae procul dubio fuerunt formas conservare studens plus semel etiam recentiores admisit. Inde has formas promiscue positas invenimus: *adtulerunt* p. 251, 22, *attulerunt* p. 48, 26, *adgnata* p. 74, 18, *agnascentibus* p. 8, 22, *allatam* p. 86, 14, *adsiduitate* p. 100, 17, *addicant* (abdicant) p. 168, 9, *adquiri* p. 250, 14, *accommodato* p. 231, 24, *adspersum* p. 238, 23, *aspersum* p. 238, 19, *adpetentius* p. 95, 23, *apparebit* p. 221, 18, *consedere* p. 104, 25, *cospissari* p. 157, 21, *conlocandi* p. 243, 11, *collectam* p. 233, 7, *inlustrem* p. 64, 17, *inplere* p. 93, 4, *imperio* p. 101, 22, *obstrepat* p. 42, 8, *opstare* p. 58, 9, *superlectilem* p. 242, 17, *transmittit* p. 49, 16, *tramitti* p. 58, 11. Attamen in verbis compositis haec regula observata videtur: post *ex* *s* sequentis verbi omittitur, et praepositiones *con* et *trans* in compositione mutilantur, ut *cospissari* p. 157, 21, *coicit* p. 240, 2, *tralatus* p. 172, 15. 97, 13.

Praeterea non pauca reperiuntur in codice idiotismi cuiusdam vel dialecti provincialis vestigia, quam gallicam cisalpinam vel superioris Italiae propriam vocare licet, quoniam istae rustici sermonis formae, quas antiquarius immiscuit, praecipue linguae celto-britannicae (wallicae) consuetudinem sequuntur.

a pro *ae* ponitur, *facatus* p. 206, 16; *ae* pro *ē* et *ĕ*, *praegrandaem* p. 194, 16, *faerae* (adv.) p. 197, 16, *propriaequae* (adv.) p. 155, 24, *maximaeque* (adv.) p. 155, 21, *vaespae* p. 26, 18, *expraesso* p. 128, 2; conf. p. 154, 19. 170, 5, 168, 4. 20, 18 cet.

e pro *ĭ* et *ī*, *insideantur* p. 21, 22, *terebenthi* p. 212, 17, *peremunt* p. 26, 11, *interemunt* p. 29, 22; nec minus pro *o*,

saper p. 63, 22, *exycedros* p. 136, 11; pro *ae* praecipue in peregrinis nominibus propriis: *egia* p. 194, 24, *iudea* p. 108, 3, *chydeos* p. 133, 18, *ethiopiae* p. 106, 16, *ptolemeo* p. 145, 10. De hac mutatione vocalium *e* in *ae* et *ae* in *e* linguae rusticae conf. patris librum: *Lateinische Messen* cet. ed. *Mone.* Francof. 1850. p. 45. *e* et *i* literis *c* aut *s* more francogallico et italico praefiguntur, ut exemplis utamur: *status*, francogallice *éstat*, hodie *état*, *stupidus*, italice *istupido;* eandem normam latinae voces sequuntur, quas lingua celtobritannica sive wallica adoptavit, e. g. latine *stannum*, britannice *ystaen*, conf. *Gallische Sprache* ed. *Mone.* Carlsruh. 1851. p. 54. At non solum, si vox incipit literis *c* aut *s*, sed etiam in medio ipso vocabulo hisce praefiguntur *e* vel *i*, ut exempla probant: *ecelerrime* p. 6, 25, *espinae* p. 164, 2, *escillae* p. 210, 13, *icaput* p. 74, 1, *idicirco* p. 45, 19, *isaporis* p. 14, 19, *isanguine* p. 7, 7, *ispirare* p. 9, 4, *istobrum* p. 81, 26. 99, 8, *ised* p. 48, 17, *istaphyle* p. 169, 25, *deisiderio* p. 72, 13, vid. sub litt. *c* et *s*.

i quoque inseritur interdum post *r*, *praegriandes* p. 32, 23, *maxillarium* p. 37, 17, *quadriangula* p. 165, 22; pro *ĕ* ponitur, *mallius* p. 148, 25, *tripedania* p. 194, 7, *amminium* p. 195, 3, *iunipiri* p. 212, 17, *malivolos* p. 76, 9, *tiniae* p. 1, 13; pro *ū* et *y*, *similacra* p. 136, 24, *docimentum* p. 251, 17.

o pro *ă*, *ĕ*, *ŭ*, *ū*, *y* ponitur, *oliis* p. 25, 19, *intemporantiam* p. 199, 3, *oleomeli* p. 241, 15, *volgo* p. 233, 11, *obrotus* p. 25, 15, *porphorioni* p. 50, 11.

u pro *ō* et *ŏ*, *rubore* (robore) p. 236, 8, *avulsae* p. 128, 26, *revulsione* p. 149, 16, *fungusam* p. 167, 10, *vinulentiae* p. 217, 13, *rutunda* p. 76, 1 cet., *nutabilitas* p. 196, 12.

y pro *ĕ*, *ĭ*, *ŭ*, *ū*, et in hac mutatione linguae celto-britannicae lex observatur, conf. *Gall. Sprache* p. 52. § 134: latine *tener*, britann. *tyner*, lat. *fundo*, brit. *fynnu*, lat. *periculum*,

brit. *perygyl*; ut exemplis Pliniani codicis utamur: *gyrgytum* p. 145, 19, *asphodyli* p. 89, 1, *gyla* p. 42, 13.

b pro *v* ponitur, si vocalis aut *r* praecedit et vocalis sequitur, conf. *Latein. Messen* p. 46, quare invenimus: *narrabit* (praet.) p. 102, 2, *acerbatim* p. 101, 10, *nabigabile* p. 200, 21, *Timabo* p. 199, 26, *implebere* p. 29, 15; pro *p* adhibetur in: *bistacia* p. 135, 21, *absinthi* p. 211, 13. 14. 16, *abphrace* p. 166, 23.

c omittitur interdum, si *i* praefigitur, ut supra diximus, unde hae lectiones exortae sunt: *inidio* pro *icnidio* i. e. *cnidio* p. 239, 21, *inestor* pro *icnestor* i. e. *cnestor* p. 115, 11; ponitur autem pro *ch*, ut probant: *orcites* p. 230, 4. 235, 26. 236, 12, *cartha* p. 153, 6, *sericathum* p. 82, 8, *saccaron* p. 80, 8. 89, 18 (conferas quae infra de literis aspiratis dicemus); pro *g*, *licatus* p. 70, 15, *cedrosis* p. 135, 16; pro *qu*, conf. *Latein. Messen* l. d., *cocitur* p. 238, 15, *incoci* p. 248, 16, *oblicum* p. 64, 21; pro *t*, *volcacius* p. 209, 24.

d pro *t* in media voce praecipue ante *qu* et in fine eius adhibetur, si vocalis sequitur, quae linguae celto-britannicae videtur consuetudo, vid. *Gall. Sprache* p. 54. § 141: *adque* p. 24, 9. 25, 17. 159, 20. 160, 3. 165, 10. 167, 19. 171, 9. 183, 14. 188, 3. 209, 15. 217, 10. 230, 10. 239, 26. 242, 14. 251, 9, *capud* p. 46, 9, *quodque* (quotque) p. 247, 8, *adavi* p. 245, 23, *ad in* p. 174, 17, *ad illae* p. 19, 21, *ad enim* p. 220, 2.

g pro *c*, conf. l. d. p. 54. § 143, *gubitorum* p. 170, 2; omittitur ante *n*, *dinosci* p. 95, 8, *stanat* p. 145, 17, *sinificant* p. 76, 5.

h si vocem vel syllabam incipit, negligitur, quod idem linguae celto-britannicae est peculiare, vid. l. d. p. 55. § 147. *i* pro *hi* p. 135, 4, *exortatus* p. 93, 23, *eret* (haeret) p. 87, 15, *annibale* p. 46, 12, *abrotono* p. 210, 10, *elleboriten* p. 211, 22. 212, 2.

Quod ad literas aspiratas attinet, ea lex observata videtur, ut tenuis litera, quae vocem incipit, interdum aspiretur: *sphongis* pro *spongis* p. 173, 20; unica vocis aspirata ad finem ponitur: *sericathum* pro *serichatum* p. 82, 8; duarum aspiratarum in una voce posterior in tenuem mutatur: *theoprastus* p. 158, 16, *amphiloco* p. 118, 6. 170, 19.

l inter duas vocales bis ponitur, conf. *Latein. Messen* p. 46, cuius duplicationis causa in accentu posita esse videtur, qui praecedit. Eadem enim ratione italice *amollo* scribitur pro *amó lo*. Pliniani codicis exempla sunt: *ballaenae* p. 60, 22, *crocodillis* p. 58, 14, *camellorum* p. 94, 15.

m ante *b*, *p* omittitur (vid. quae p. XXIII de scriptura literae *m* et *n* dicta sunt), qua de causa *triupho* p. 207, 6, *labentia* p. 48, 4, *circumlabenda* p. 39, 15 occurrunt; vocali, quae vocem finit, additur *m*, si sequens vocabulum eadem litera incipit, vid. p. 104, 5. 140, 1. 243, 17; pro *b* et *f* et *v* ponitur, e. g. *cimum* (cibum) p. 25, 3, *merula* (ferula) p. 168, 6, *aestimam* (aestivam) p. 15, 22.

n omittitur ante *r*, *s*, *t* (conf. quae de verbis compositis p. XXIX disseruimus), ut afferamus: *no reperitur* p. 35, 2, *meses* p. 13, 10. 17, 8. 41, 4. 46, 19. 59, 13. 156, 8, *mesuram* p. 34, 18. 61, 6. 62, 6. 233, 13, *inmesos* p. 34, 3, *desantes* p. 62, 17, *mos* (mons) p. 156, 6, *fros* p. 75, 24, *amputatibus* p. 71, 7, *inclinatis* (part. praes.) p. 213, 1, *tusis* p. 211, 20; inseritur autem ante *b*, *c*, *d*, *p*, *qu*, *s*, *t*, conf. *Latein. Messen* p. 47, *hermaphronditis* p. 8, 17, *amynclano* p. 200, 16, *conquente* (coquente) p. 200, 2, *elephans* p. 60, 3, *transtron* p. 106, 23, *mentitur* (metitur) p. 192, 7, *semenstri* p. 73, 10, *tricensimus* p. 13, 8. 37, 4. 6. 38, 1. 11. 57, 3, *phasintigrim* p. 99, 5, *ventustate* p. 191, 18; pro *m* adhibitum invenitur (conf. quae de antiquiore accusativi forma p. XXVIII diximus); huc referenda est lectio *venundatis* p. 195, 25.

p pro *b* ponitur praesertim ante *s*, *opstare* p. 58, 9; de duplici *p* inter duas vocales, ubi vulgo unicum scribitur, vid.

quae de duplici *l* supra diximus et quae de archetypo infra § 9. p. XXXVI disseremus: *repperuntur* (sic) p. 183, 23; *ph* pro *f* et *p* positum occurrit: *phalerni* p. 207, 4½, *phasintigrim* p. 99, 5, *phantherae* p. 60, 2. 72, 9.

qu pro *c*, *co*, *cu* scribitur: *praecoques* p. 234, 12, *loqui* (loci) p. 200, 17, *qualescunt* (coalescunt) p. 127, 14, *aquente* (acuente) p. 63, 19.

s literis *c et f* praefigitur non solum ab initio vocis, sed in medio etiam vocabulo, e. g. *scortinas* (cortinas) p. 236, 25, *sfugant* p. 18, 18, *fuscos* (fucos) p. 19, 6, *sceterum* (ceterum) p. 40, 22; additur in fine vocum attractione quadam, si *s* inchoat sequens vocabulum; omittitur autem post *i*, quod additum apparere ante *s* supra demonstravimus: *icarabaeis* pro *iscarabaeis* i. e. *scarabaeis* p. 31, 17, *ipinas* pro *ispinas* i. e. *spinas* p. 247, 6. p. 6, 15, *itaphyle* pro *istaphyle* i. e. *staphyle* p. 115, 26, *ithyzinum* pro *isthyzinum* i. e. *sthyzinum* p. 212, 12; nec minus negligitur post *x*: *exuperabili* p. 83, 18, *explendescente* p. 12, 10, *execratam* p. 159, 9, *expiraverit* p. 71, 1. 121, 26. 134, 12, *exilium* p. 196, 5, *expuatur* p. 128, 1. 219, 21, *existere* p. 102, 18, *extant* p. 176, 3, *exequias* p. 22, 18, conf. quae de verbis compositis p. XXIX dicta sunt.

t pro *c* ponitur praecipue sequente *i* vel *e*: *actensum* (accensum) p. 97, 25. 99, 10, *putino* p. 199, 23; in fine vocis vero saepissime pro *d* adhibetur, ut afferamus: *set* p. 16, 20. 63, 2. 66, 9. 69, 18. 70, 19. 71, 26. 72, 25. 73, 10. 74, 12. 22. 77, 1. 192, 8. 251, 14, *aput* p. 47, 8. 69, 2. 75, 21. 186, 20. 211, 3. 218, 21. 219, 9. 223, 3. 243, 22, *illut* p. 183, 12, *aliut* p. 216, 5. 247, 16. 231, 7, *aliutve* p. 242, 20, *haut* p. 173, 15, *quot* p. 242, 20. 216, 2. 210, 5; *t* pro *th* et *th* pro *t* ponuntur: *partorum* p. 99, 22, *psitaeum* p. 203, 17, *celthim* p. 159, 17.

v pro *b* et *f* scribitur: *avest* p. 104, 20, *vimatum* p. 26, 25, *veluarum* p. 83, 13, *voves* p. 59, 20, *provatum* p. 15, 14, *civorum* p. 76, 25, *vina* (bina) p. 36, 25, *puvescere* p. 166, 26,

vinas p. 60, 2, *viturigiaca* p. 187, 7, *vivio* (vibio) p. 226, 12, *subvervefactis* p. 205, 19.

Ex his quae attulimus exemplis clare apparet illas formas non omnino pro lapsibus calami habendas esse, quoniam tenacissime repetuntur, quae quidem in scribendo constantia ab erroribus passim obviis longe diversa est. Non enim ex ignorantia quadam romani vel urbani sermonis vel λέξεως κοινῆς, sed cum delectu quodam hac sua rustica lingua antiquarius utebatur, cum eam non ubique adhibeat, sed veram scripturam interdum sequatur, ut haec exempla docent: *atque* p. 72, 19. 219, 2. 241, 11, *at* p. 221, 7, *hermaphroditis* p. 71, 10. 19. 72, 5, *exstat* p. 154, 13, *exsistere* p. 108, 14, *exserta* p. 20, 4, *sed* p. 66, 1. 220, 3, *apud* p. 218, 20, *aliud* p. 220, 25.

§ 9.

DE ARCHETYPO EIUSQUE AETATE.

E codice, quem habemus, conicere nobis licet, quae in archetypo fuerit paginarum et formae ratio, quoniam e literarum omissarum numero liquido constat antiquarium vel unum vel complures versus archetypi praeterisse, conf. § 7. p. XXIV. Quamobrem dinumeravimus, quot literae vel archetypi lineae e palimpsesto interciderint:

20	literae	vel	archetypi	versus	1	omittitur	p. 91, 2.
20	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 155, 20.
22	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 12, 5.
22	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 129, 2.
23	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 239, 12.
24	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 114, 21.
24	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 36, 12.
24	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 251, 11.
25	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 97, 9.
26	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 173, 18.
28	,,	,,	,,	,,	1	,,	p. 25, 9.

Inde eiusdem lineas plus minus vicenis quaternis literis constitisse aestimamus, quae coniectura et aliis lacunis probatur. Nam praeterea antiquarius p. 211, 8 omisit 53 literas vel duos versus, p. 245, 6, 66 literas vel tres fere, p. 210, 13, 103 literas vel quattuor archetypi versus. Quae cum ita se habeant, verisimile est illum

p. 67, 8	literis	30	omissis	1	versum	et	quartam	partem
p. 187, 2	„	35	„	„	„	„	dimidiam	
p. 150, 2	„	35	„	„	„	„	„	
p. 73, 1	„	36	„	„	„	„	„	
p. 157, 2	„	40	„	„	„	„	duas	partes
p. 205, 1	„	42	„	„	„	„	„	„

archetypi neglexisse. Quoniam autem huius lineae vicenis quaternis literis exaratae erant, perspicuum est unicam tantum exhibuisse columnam.

Literis maiusculis quadratis compendiisque scribendi immixtis siglisque adhibitis conscriptum fuisse archetypum plerique codicis, quem nos tenemus, errores probant, de quibus iam supra disseruimus, vid. § 7. p. XXII. Nullo modo enim antiquarius *l* pro *c*, *f* pro *e*, *d* pro *p*, *c* pro *t*, *n* pro *v* et vice versa posuisset, nisi harum literarum similitudinem quandam in codice antiquissimo ante oculos habuisset, quae solummodo in scriptura maiuscula quadrata obtinet, cuius literae C et L, F et E, D et P, C et T, N et V facile confunduntur.

Quin etiam literis graecis peregrina nomina in archetypo libro exarata fuisse persuasum habeamus, quod non solum in graecis vocibus post *r h* adhibetur, ut *pyrrhus* p. 44, 22, et plerumque *y* ponitur, ubi Graeci υ scribunt, ut *philyras* p. 146, 24, et *n*, ubi Latini *m*, ut *horaeon* p. 13, 13, sed etiam quod *x* pro *ch* invenimus, *baxio* pro *bacchio* p. 181, 17, quem errorem ex graece scripto vocabulo Βαχχίῳ exortum esse nemo non concedet.

In archetypo literae *m* et *n* una eademque lineola voci imposita significatae fuisse videntur, quare antiquarius interdum *m* pro *n* posuit, ut afferamus: *comveniet* p. 119, 11, *um-*

guentum p. 120, 2, *demsis* p. 125, 25, *gignumtur* p. 155, 24, *im* p. 185, 26, *tamto* p. 215, 26, *tamtum* p. 191, 18 cet.

Neglectis autem siglis omisit idem singulas syllabas, ut § 7. p. XXIII observavimus. Namque constat veteres siglis adhibitis pro *fecere fere*, pro *generi geri* scripsisse (conf. *Kopp.* Palaeographia critica. T. I. p. 289. 284), quae formae et in Veronensi codice, ut afferamus *gera* pro *genera* p. 221, 1, recurrunt. Sigla quoque antiquarium interdum non recte assecutum esse supra § 7. p. XXIV demonstravimus.

Archetypi conditionem a codice rescripto haud multum diversam credimus; eam enim secutus est qui exaravit, cum eandem literam in fine versus praecedentis et initio sequentis, si vocabulum ab alia ad aliam lineam traduceretur, bis poneret atque hoc modo etiam in media linea de exeunte et inchoante versu archetypi duplicatas describeret literas pro unica: *immittem* pro *immitem* p. 124, 20, *aliis* pro *alis* p. 11, 22, *rettulit* p. 199, 23, *barrbaros* p. 62, 23, *oobliqua* p. 36, 9, *omnii* pro *omni* p. 24, 25, *aeschrioone* p. 182, 2, *tragaacanthum* p. 164, 12, cet.

Iam in archetypo antiquarius interdum duas invenisse videtur lectiones, quas utrasque transcripsit, ut afferamus exempla: *tertio portio* p. 56, 6, *illius illis* p. 130, 21, *appellatur appelletur* p. 42, 1, *similis similes* p. 51, 8, quae non supervacaneas repetitiones vocabulorum sive paragrammata, sed ambiguam habemus lectionem. Inde conicere licet iam in illo antiquissimo libro emendationis pericula facta fuisse. Nec minus in eo lacunas extitisse suspicamur in illis locis, ubi numeri ponendi erant. Nam vacuo spatio relicto omisit qui nostrum conscripsit exemplar numeros, ut afferamus: *vero stadia* pro *vero bina stadia* p. 88, 6, *iocinera* pro *bina iocinera* p. 4, 21.

Quibus omnibus perpensis haud longe a veritate aberrare nobis videmur, si ipsum archetypum altero post Chr. n. saeculo scriptum fuisse ponimus.

§ 10.

DE AUCTORITATE CODICIS.

Restat iam, ut de auctoritate quaedam disseramus, quae nostro codici rescripto tribuenda sit in operis Pliniani crisi exercenda. Antiquissimum cuiuslibet scriptoris classici exemplar maximam haud dubie auctoritatem iam ideo habet, quod eius scriptio exiguo dumtaxat temporis intervallo ab ipsius auctoris confectione libri seiuncta est, ac proinde ipsum non iis vitiorum labibus contaminatum est, quibus posterioris aetatis exempla depravata sunt. Quodsi idem liber a viro docto conscriptus et emendatus est, eo maior apographo auctoritas iure tribuetur. Quamquam vero totius operis Pliniani codex, quem repraesentavimus, septimam modo, quod vehementer dolendum est, continet partem, attamen his ipsis fragmentis lacuna textus resarcitur, quae in optimo codice Riccardiano (R) a libro XIII. § 88 incipit. Atque probari potest nullum, quotquot adhuc innotuerint, codicum, quibus *Sillig* in editione sua usus est, ex hoc palimpsesto escriptum esse, cum omnes longo tempore sint exarati, posteaquam, vetere scriptura abluta, alius argumenti opus in his membranis scriptum est. Inde mirum non est lacunas quasdam eius quem nos exhibemus codicis per alios manuscriptos expleri, in omnibus autem libris mss. desiderari, quae in hoc solo leguntur, ut afferamus: lib. XI. § 38 *album mel — ulceribus aptissimum* p. 14, 14—16, lib. XIV. § 47 *in olla vinaceis — recto conduntur* p. 195, 2—4, lib. XIV. § 140 *quae in bibendo certamina* p. 217, 5—6, lib. XV. § 59 *neque ultra — pluvio die* p. 248, 8—9.

Itaque videamus, quod quasi cognationis vinculum hic liber, quem Veronensem vocavimus, cum codicibus mss. habeat, quos *Sillig* adhibuit. Codices, quos vir ille doctissimus siglis θTdDo et VRabcπ notavit, quamquam multo recen-

tiores sunt, quasdam tamen quasi ansas dant ad investigandum, quomodo ab archetypo originem duxerint. Nam in codicibus alterius familiae errores scribendi obvii sunt, qui produnt illos libros de codice langobardica manu exarato transcriptos esse, cum saepissime *s* pro *r* exhibeant, ut afferamus: *prophide* pro *psophide* legit R lib. XII. § 127, item *se dixisse* pro *reticuisse*, quae literae *s* et *r* in langobardica scriptura sibi simillimae a librario minus diligenti et exercitato facile confunduntur. Deinde libri illi mss. easdem habent linguae rusticae formas, quas ad gallicam cisalpinam vel celto-britannicam referendas esse dialectum supra demonstravimus § 8. p. XXIX seq. Scripsit enim cod. R lib. XI. § 182 *eceteris* pro *ceteris*, cod. a lib. XV. § 29 *iamsucum* pro *isamsucum* i. e. *samsucum*, cod. d lib. XI. § 262 *trinverico* pro *treverico*, cod. R lib. XIII. § 67 *iunipiri*, codd. R[1], R[2] lib. XI. § 105 *devellandi* pro *debellandi*, cod. R lib. XI. § 166 *incensimum* pro *vicesimum*, cod. d lib. XI. §. 226 *tramitti* pro *transmitti*, codd. Td lib. XI. §. 241 *aquente* pro *acuente*, cod. a lib. XII. § 116 *tralucido*.

Postremo codices illi antiquam imitati sunt linguam archetypi scribendo, ut afferamus, codice R lib. XI. § 271 *fexit* pro *fecit*, lib. XIII. § 36 *avulso*, lib. XI. § 245 *dexteram*, lib. XIII. § 25 *salurnitana*, nec minus, ubi compendia scribendi in exemplari vetusto omissa fuerant, traduxerunt eiusdem lectionem in deterius, ut cod. R lib. XI. § 261 *amputatibus* pro *amputantibus* mutavit in *amputatis*.

Sequuntur codd. Rad plerumque lectionem primae manus Veronensis codicis, quare probari posse videtur illos codd. archetypum habuisse aliis curis emendatum.

Inde perducimur ad hoc codicum Plinianorum stemma constituendum:

ARCHETYPUM,
literis maiusculis quadratis exaratum, immixtis siglis literisque graecis, unica cuiusque paginae columna, non sibi constanti linearum in singulis paginis numero, 24 literis versui inscriptis, in Italia saeculo secundo confectum, antiquissimas linguae latinae formas continens, cui titulus erat „*naturae historiae*".

*Codex Nonantulanus**) sive *Romanus*, forma bina, 20 lineis in pagina, 26 literis in versu, saec. quarto exaratus, saec. octavo rescriptus; superest fragmentum minutum. Conf. *Pertz.* in *Monatsbericht der berlin. Akademie, Novemberheft* 1853. p. 684.

Codex x 2 in Italia superiore saeculo minimum secundo, maximum quinto exaratus, linguae rusticae vestigia continens, paucis lacunis deformatus, ab Iunio Laurentio emendatus; codex ipse deperditus est.

Codex Veronensis sive *St. Paulinus*, forma octava, saec. IV exeunte vel ineunte V exaratus, 26 lineis in pagina, 25 literis in versu, a Caecilio (?) emendatus eodem tempore, crebras lacunas habens, saec. VIII rescriptus; superest septima totius exempli pars.

Codex Leidensis litera A notatus apud *Sillig.* Tom. I. praef. p. v.

Codex x 3 in Italia superiore manu langobardica saec. VI—VIII exaratus, quem *Sillig* Tom. I. praef. p. LVII x 3 notavit.

VRabcπ TθdDo

§ 11.

DE HUIUS EDITIONIS ADORNANDAE RATIONE.

Ut iam supra § 4. p. XIX indicavimus, hoc Plinianum opus inscriptum est: *naturae historiae* vel *naturae historiarum libri*, quem genuinum libri titulum conservandum esse existimavimus, conf. p. 177.

*) Quoniam monasterii Nonantulani bibliothecam saeculo nono flammis consumtam legimus, hunc codicem, qui saeculo octavo rescriptus est, aliunde Nonantulam iam palimpsestum venisse credimus.

Accedit autem hic liber tamquam supplementum editionis Silligianae, cuius potissimum rationem duximus et in his prolegomenis et in adnotatione textui subiecta. Atque, ut legentium oculis subiceretur imago quaedam ad antiquissimi libri speciem, quantum per typographorum artem fieri posset, quam accuratissime expressa, hanc editionem palimpsesto ita assimilandam curavimus, ut formam, numerum versuum ac literarum, compendia scribendi, sigla, literas contignatas atque etiam colorem rubrum initialium versuum p. 79. 183. 229 servaremus; praeterea, ut quivis harum rerum peritus de codicis aetate suum ipse sibi facere posset iudicium, ipsa scripturae specimina, ex quibusdam paginis petita, in tabula lithographica ita expressimus, ut artificis imitatio aut nihil aut minimum ab autographo Veronensi sive San-paulino abludat.

Indiscreta vocabula separavimus, at ubi una eademque litera in fine prioris et initio posterioris vocis semel tantum scripta est et ad utramque vocem pertinet, syllabae seiungi non potuerunt, ne modus scribendi antiquus obliteraretur. Exhibuimus itaque *hautemere* pro *haut temere* p. 26, 26, *halituscandi* pro *halitus scandi* p. 218, 8.

Compendia scripturae punctis notantur iuxta literas positis; sed ut cognoscatur in illis locis compendium scribendi significari, non interpunctionem, in parenthesi syllabam omissam addidimus, etiamsi hoc punctum in codice neglectum est. Nam puncta, quae partes orationis distinguunt, in codice plerumque lineae imponuntur, quod ubique accuratissime typis redditum est. Locos vero, quorum singulae voces vel literae iam legi non possunt, et ubi membrana lacunis lacerata est, punctis minoribus notavimus, sed eiusmodi lacunae probe distinguantur a maioribus vel minoribus intervallis, in quibus vel linea est traducta vel nulla exstat in codice scriptura, ut sectiones et capita secernantur.

Emendationes supra lineam scriptas et correctiones expunctarum literarum vocavimus lectiones primae et secundae

manus, ut curas secundas, quas scriptor exarato a se exemplari adhibuit, a primitiva scriptione, ut ita dicamus, plane distingueremus.

In notis, quas textui subiecimus, iisdem usi sumus siglis, quibus *Sillig* usus est in codd. mss. et editionibus significandis. Cum in hisce prolegomenis de siglis, lapsibus calami, erroribus antiquari pro consili ratione uberius egerimus, de his rebus in notis parcius dictum est; itaque saepe verbo solum monuimus, quae discrepantia intercedat inter hunc palimpsestum et inter editionem Silligianam. Eadem ex causa silentio praetermisimus eiusmodi varietatem, ubi *Sillig* antiquiores restituit formas, e. g. superlativum in *—umus*. Aliorum codicum Plinianorum lectiones adiecimus, ubi cum palimpsesto consentiunt, ut iis, qui conferre velint, pateat, quomodo inter se cohaereant. Sunt et nonnulla vocabula, quae in palimpsesto leguntur, quamquam eadem apud *Forcellinum* frustra quaerantur; has novas lexicorum accessiones plerumque indicavimus. Reperiuntur tandem lectiones, quae cum tralaticiis virorum doctorum opinionibus pugnant; has iure aliis diiudicandas reliquimus. Postremo, ut neque hoc omittamus, de interpunctione Silligiana, ubi a palimpsesto differt, raro monuimus, cum lector eam discrepantiam facile animadvertere possit.

Haec fere sunt, quae huic libro praefanda duximus. Quodsi lectoribus disputatio nostra paulo longius provecta videatur esse, benevole hunc errorem nostrum, si qui est, excusent oramus. Nostrum enim credidimus de hoc venerandae antiquitatis monumento uberius et fusius dicere, ne quid desideraretur, quod ad probe cognoscendum et recte diiudicandum palimpsestum facere posset. Superest, ut gratias agamus meritissimas viris doctissimis, quorum singulari opera et beneficio factum est, ut haec editio in lucem prodeat. Namque *Ernestus Fridericus Wüstemann*, gymnasii illustris Gothani professor clarissimus, et *Io. Chr. Fel. Baehr*, qui Heidelbergen-

sem academiam nominis sui fama ornat, praeceptor pie a nobis colendus, egregiam operam suam ad edendum hunc librum eximia benevolentia nobis et obtulerunt et praestiterunt. His igitur viris doctissimis, si quid vel nunc lucrata est Pliniani operis crisis ex libro Veronensi, vel si quid in posterum ex eo lucrabitur, cum doctiores nobis aut acutiores homines thesauro a nobis invento dexterius usi erunt, omnes illos fructus deberi grati profitemur; errores, si quos forte a nobis admissos deprehenderint lectores, iuvenilis aetatis imbecillitati condonabunt aut prolixo saltem nostro de literis bene promerendi studio excusabunt.

Dabamus Carlsruhae idib. octobr. MDCCCLIV.

Q. I. f. 3. *Fol. 108a. p. 216.*

LIB· XI

* c ReLIq·[UA]RUM GeNeRIS[1]
de LOCUSTIS
de FORMICIS
ChRYSALLIdeS
ASILUS[2]
PAPILIONeS[3]
de IS[4] ANIMALIBUS qUAe eX LIGNO AUT
IN LIGNO NASC[UNTUR]
SORdIUM hOMINIS ANIMALIA
qUOd ANIMAL MINIMUM
AeSTATIS ANIMALIA[5]
ANIMAL CUI CIBI ITUS[6] NON SIT[7]
TINIAe[8]
CANThARIdeS
CULICeS
NIUIS ANIMAL
PYRALILIqUe[9] SIUe PYROLOCUM[10]
heMeROBION
ANIMALIUM OMNIUM
PeR SINGULA MeMBRA NATURAe
eT hISTORIAe
qUAe APICeS hABeANT
qUAe CRISTAS
CORNUUM GeNeRA
qUIB·[US] MOBILIA
de CAPITIB·[US]

* Desunt paginae 4 (Q. I. f. 1. 2).

1. Praeposita litera *c* significat: *corrigatur*, vid. proleg. p. XX. *reliqua* (scil. *insecta*) *scarabaeorum generis* conicimus, *reliqua scarabaeorum genera* Sill. 2. *asilo* Ra, om. Sill. 3. *papiliones* Ra, om. Sill. 4. *his* Sill. 5. *etiam in cera animalia* scripsit Sill., sed coniecit *aestatis animalia.* 6. *exitus* Sill. 7. *sit* RTd, *est* Sill. 8. *tineae* Sill. 9. *ignium animal, pyralis* Sill. 10. *pyraustes* Sill.

Fol. 108b. p. 217. *Q. I. f. 3.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS·

quIB·[US][11] NULLA
de CAPILLO
de OSSIB[US] CAPITIS
de CeReBRO
de AURIBUS
quAe AURes NON hABeNT[12]
quAe SINe AURIBUS eT SINe FORA
MINIBUS AUdIANT
de FACIe
de FRONTe
de SUPeRCILIS[13]
de OCULIS
quAe SINe OCULIS ANIMALIA
quAe SINGULOS TANTUM OCULOS[14]
hABeANT
de dIUeRSITATe OCULORUM
quAe RATIO UISUUS[15]
NOCTU UIdeNTes
de NATURA PUPILLAe
quAe NON CONIUeANT[16]
quIB·[US] eRUTI OCULI ReNASCANT·[UR]
de PALPeBRIS
quIB[US][17] NON SINT
quIB[US] AB ALTeRA PARTe TANTUM[18]
SINT[19]
quIB·[US] GeNAe NON SINT

11. *et quibus* Sill. 12. *quae aures non habent* om. Sill. 13. *superciliis* Sill. 14. *oculos tantum* Sill. 15. *visus* Sill. 16. *conniveant* Sill. 17. *et quibus* Sill. 18. *tantum parte* Sill. 19. *sint* om. Sill.

de MALIS
de NARIBUS
BUCCIS[20]
LABRIS
MeNTO[21]
MAXILLIS
de deNTIBUS
qUAe GeNeRA eORUM
qUIBUS NON UTRAq[Ue] .....[22] SINT
qUIB·[US] CAUI
de SeRPeNTIUM deNTIBUS
de UeNeNO eARUM[23]
CUI UOLUCRI deNTeS
MIRABILIA deNTIUM
AeTAS RUMINANTIUM[24] AB IS[25]
de LINGUA
qUAe[26] SINT eA[27]
de RANARUM SONO
de PALATO
de TONSILLIS
UUA
ePIGLOSSIS
ARTeRIAe
GULA CeRUIX
COLLUM
SPINA

20. *de buccis* Sill. 21. *mentis* Sill. 22. *parte* Sill. 23. *eorum* Sill. 24. *ruminantium* R T a, *animantium* Sill. 25. *his* Sill. 26. *et quae* Sill. 27. *sint eae* conicimus, *sine ea* Sill.

Fol. 69a. p. 138. *Q. I. f. 4.*

GUTTUR
FAUCeS
STOMAChUS
de CORde
SANGUINe
ANIMO
qUIBUS MAXIMA CORdA
qUIB·[US] MINIMA
qUIB[US] BINA
qUANdO IN eXTIS ASPICI[28] COePT.[29]
de PULMONe
qUIB·[US][30] MAXIMUS
qUIB·[US] MINIMUS
qUIB·[US] NIhIL ALIUd qUAM PULMO INTUS
quae CAUSA UeLOCITATIS ANIMALIUM
de IOCINeRe
de CAPITe eXTORUM
hARUSPICUM CIRCA Id[31] OBSeRUATION[eS]
qUIB·[US] ANIMALIBUS eT IN qUIB·[US] LOCIS IOCINeRA[32]
de FeLLe
UBI eT qUIB·[US][33] GeMINUM
qUIB·[US] ANIMALIUM NON SINT[34]
qUIBUS[35] ANIMALIUM ALIUBI[36] qUAM

28. *adspici* Sill. 29. *coepta* Sill. 30. *et quibus* Sill. 31. *circa///* R, *ea* coni. Sill. 32. *bina iocinera* Sill. 33. *in quibus* Sill. 34. *sit* Sill. 35. *et quibus* Sill. 36. *alibi* Sill.

LIB· XI

IN IOCINeRe
qUAe UIS eIUS
qUIB·[US] CReSCAT CUM LUNA eT deCRes
CAT IOCUR[37]
hARUSPICUM CIRCA eA OBSeRUATIO
Ne[38] eT PROdIGIA MIRA
PRAeCORdIA
RISUS NATURA
de UeNTRe
qUIB·[US][39] NULLUS
qUAe SOLA UOMANT
LACTes
hILLAe
ALUUS[40]
COLON
qUARe qUAedAM INSATIABILIA
ANIMALIA
de OMeNTO
de SPLeNe
qUIB·[US][41] ANIMALIUM NON SINT[42]
de ReNIBUS
UBI[43] qUA·[TeRNI] ANIMALIB·[US]
qUIBUS.....[44]
PeCTUS COSTAe
UeSICA
qUIB[US][45] ANIMALIUM[46] NON SINT[47]

37. *iocur*, vid. proleg. p. XXVIII, *iecur* Sill. 38. lapsus calami pro *observationes*, ita Sill. 39. *et quibus* Sill. 40. *alvos* Sill. 41. *et quibus* Sill. 42. *sit* Sill. 43. *et ubi* Sill. 44. *quibus nulli* Sill. 45. *et quibus* Sill. 46. *animalibus* Sill. 47. ita Ra, *sit* Sill.

Fol. 74ª. p. 148. *Q. I. f. 5.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

ILIA
de MEMBRANIS
UTERUS
de LOCIS
de UOLUIS
de SUUM UULUA[48]
SUMINe[49]
qUAe AdIPeM qUAe SeBUM[50] hAB·[eANT]
de NATURA UTRIUSq·[Ue]
qUAe NON PINGUeSCANT
de MedULLIS
qUIBUS[51] NON SINT
de OSSIBUS
de[52] SPINIS
qUIBUS NeC OSSA NeC IPINAe[53]
CARTILAGINeS
de NeRUIS
qUAe SINe NeRUIS
ARTeRIAe
UeNAe
qUAe NeC UeNAS NeC ARTeRIAS
hABeNT[54]
de SANGUINe
de SUdORe
qUORUM eCeLeRRIMe[55] SANGUIS
SPISSeTUR

48. *volva* Sill. 49. *de sumine* Sill. 50. *sevom* Sill. 51. *et quibus* Sill. 52. *et* Sill. 53. *ipinae* (i. e. *spinae*), vid. proleg. p. XXXIII, *spina* Sill. 54. ita Ra, *habeant* Sill. 55. *ecelerrime* (i. e. *celerrime*), vid. proleg. p. XXX, *celerrime* Sill.

. . B . .

ꝗUORUM NON COeAT
ꝗUIBUS CRASSISSIMUS
ꝗUIBUS TeNUISSIMUS
ꝗUIBUS NULLUS
ꝗUIB·[US] CeRTIS TeMPORIBUS ANNI NULLUS
AN IN ISANGUINe[56] PRINCIPAT[US]
de TeRGORe
de PILIS eT UeSTITU TeRGOR[IS]
ꝗUIBUS INTUS eT PedeS SUBTUS hIR TI[57]
de MAMMIS
ꝗUAe[58] UOLUCRUM MAMMAS hAB[eANT]
NOTABILIA ANIMALIUM . N UBAe RIBUS[59]
de LACTe
ꝗUOd SOLUM ANIMAL SUGAT IN CURSU
de COLOSTRIS
de CASeIS
eX ꝗUIB[US] NON FIANT[60]
de COAGULO
GeNeRA ALIMeNTI eX LACTe
GeNeRA CASeORUM
dIFFeReNTIA[61] MeMBRORUM hO MINIS[62] A ReLIꝗUIS ANIMALIB[US]

56. *isanguine* i. e. *sanguine*, vid. proleg. p. XXX, ita Sill. 57. *quibus os intus et pedes subtus hirti* conicimus, *quibus eos intus pedes subtus hirti* Ra, *quibus pili intus in os et subtus pedes* Td, om. Sill. 58. ita Ra, *et quae* Sill. 59. *in uberibus* Sill. 60. *fiat* Sill. 61. *differentiae* Sill. 62. *hominum* Sill.

Fol. 112ᵇ. p. 225. *Q. I. f. 6.*

deBRACChIS[63]
de dIGITIS[64]
de SIMIARUM SIMILITUdINe
de UNGUIB·[US]
de GeNIB·[US] eT POPLITIB·[US]
IN ꝗUIBUS MeMBRI[65] CORPORIS hU
MANI ReLIGIO[66]
UARICes
de GReSSU
de[67] PedIB·[US] eT CRURIB[US]
de UNGULIS
UOLUCRUM Pedes
Pedes ANIMALIUM A BINIS Ad CeN
TeNOS
de PUMILIONIB·[US]
de GeNITALIB·[US]
de heRMAPhRONdITIS[68]
de PeSTIB·[US][69]
TRIUM GeNeRUM SeMIUIRI
de CAUdIS
de UOCIB[US] ANIMALIUM
de AGNASCeNTIB·[US]US[70] MeMBRIS
UITALITATIS eT MORUM NATAe[71]
eX MeMBRIS hOMINUM
de ANIMA
de UICTU *

63. *bracchiis* Sill. 64. ita Ra, *de digitis de bracchiis* Sill. 65. lapsus calami pro *membris*, vid. proleg. p. XXIII, ita Sill. 66. *sacra religio* Sill. 67. ita Ra, et Sill. 68. *hermaphronditis*, vid. proleg. p. XXXII, *hermaphroditis* Sill. 69. *pestibus* laps. calami pro *testibus*, vid. proleg. p. XXII, ita Sill. 70. *__b·[us]us*, vid. proleg. p. XXV, *adnascentibus* Sill. 71. *notae* Sill.

* Desunt paginae 4 (Q. I. f. 7. 8).

LIB· XI

*dIBILe eXISTIMARe de eA Nec
UIdeO CUR MAGIS POSSINT NON
TRAheRe ANIMAM TALIA eT UIUe
Re qUAM ISPIRARe SINe UISCeRI
BUS qUOd eTIAM IN MARINIS dO
CUIMUS qUAMUIS ARCeNT. SPI
RITUM deNSITATe eT ALTITUdINe
UMORIS UOLARe qUIdeM ALIqUA § 7
eT ANIMATU CAReRe IN IPSO SPIRI
TU UIUeNTIA hABeRe SeNSUUM
UICTUUS GeNeRATIONIS OPeRIS AT
qUe eTIAM de FUTURO· CURAM eT
qUAMUIS NON SINT MeMBRA
qUAe UeIUT CARINA SeNSUS IN
UehANT eSSe TAMeN IIS AUdITU[M̄]
OSFACTUM GUSTATUS eXIMIA PRÆ
TeReA NATURAe dONA SOLLeRTIA[M̄]
ANIMUM ARTeM qUIS FACILe CRe
dIdeRIT SANGUINeM NON eSSe 8
IIS FATeOR SICUT TeRReSTRIB·[US] qUI
deM CUNCTIS INTER Se SIMILeM
UeRUM UT SePIAe IN MARI SANGUI
NIS UIReS ACTRAMeNTUM OPTI
NeANT PURPURARUM GeNeRI
INFeCTORILe SUCUS SIC eT INSeC
TIS qUISqUIS eST UITALIS UMOR

* Desunt paginae 2 (Q. II. f. 1).

§ 6. *Incredibile* Sill. — *existumare* Sill. — *ispirare* i. e. *spirare*, vid. proleg. p. XXX, ita Sill. — *arcente* Sill. — *spiritum β*, *spiratum* Sill.

§ 7. *Sensum victus* Sill. — *veiut*, vid. proleg. p. XXII, *velut* Sill. — *his* Sill. — *osfactum*, vid. proleg. p. XXVIII, *olfactum* Sill. — *gustatum* Sill.

§ 8. *His* Sill. — *ne terrestribus* Sill. — *verum simile quiddam* Sill. — *saepiae* Sill. — *vires* R θ S T d [2], *vicem* Sill. — *actramentum*, vid. proleg. p. XXVIII, *atramentum* Sill. — *optinet* Sill. — *infector ille* Sill.

Fol. 8b. p. 17. *Q. II. f. 2.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

hIC eRIT SANGUIS deNIqUe eXIS
TIMATIO Ne SUA CUIqUe SIT NOBIS
PROPOSITUM NATURAe ReRUM MA
NIFeSTAS INdICARe NON CAUSAS
INdAGARe dUBIAS INSeC 9
TA UT INTeLLeGI POSSIT NON UIde[N̄]
TUR hABeRe NeRUOS NeC OSSA NeC
SPINAS NeC CARTILAGINe NeC PIN
GUIA NeC CARNeS Ne CRUSTUM
qUIdeM FRAGILeM UT qUAedAM
MARINA NeC qUAe IURe dICATUR
CUTIS Sed MedIAe CUIUSdAM IN
TeR OMNIA hAeC NATURA CORPUS
AReNTI SIMILe NeRUO MOLLIUS
IN ReLIqUIS PARTIB·[US] TOTIUS UeRe
qUAM dURIUS eT hOC SOLUM IIS eST
NeC PRAeTeReA ALIUd NIhIL IN
TUS NISI AdMOdUM PAUCIS INTeS
TINUM ITAqUe INPLICATUM dI 10
UOLSIS PRAeCIPUUM LeUACITAS
eT PARTIUM SINGULARUM PALPITA
TIO qUIA qUAeCUMq·[Ue] SI RATIO UI
TALIS ILLA NON CeRTIS INeST MeM
BRIS Sed TOTO IN CORPORe· MINIMe
TAMeN CAPITe SOLUMqUe NON MO
UeTUR NISI CUM PeCTORe AUOLSU[M̄] *

existimatio R d, *donec aestumatio sua* Sill. — *est naturas* Sill. — *indagare* T d, *iudicare* Sill.

§ 9. *Cartilagine* laps. calami pro *cartilaginem*, vid. proleg. p. XXIII, ita Sill. — *carnis* Sill. — *ne crustam* Sill. — *naturae* Sill. — *tutius* Sill. — *his* Sill. — *inplicatum. Itaque* Sill.

§ 10. *Praecipua* Sill. — *levacitas* deest apud Forcell., *vivacitas* Sill. — *est ratio* Sill.

* Desunt paginae 8 (Q. II. f. 3. 4. 5. 6).

LIB˙ XI

CeLLARUM MINIMAe . ed IPSI
MAIOReS APIBUNT SUNT AUTe[M̄] 27
FUCI SINACULeO UeLUT INPeR
FeCTAe APeS NOUISSIMAeqUe
A FeSSIS AUT IAM eMeRITIS INChO
ATAe SeROTINOS FeTUS eT qUASI
SeRUITIA UeRARUM APIUM qUA[M̄]
OBReM IMPeRANT IS PRIMOSq·[Ue]
eXPeLLUNT IN OPeRA TARdANTIS
SINe CLeMeNTIA PUNIUNT Ne
qUe IN OPeRe TANTUM eST˙ Sed ·IM˙
cPeTU· IN FeTU qUOqUe AdIUUAN[NT]
eAS MULTUM Ad CALOReM CON
FeReNTe TURBA CeRTe qUO MA 28
IOR eORUM FUIT MULTITUdO hOC
MAIOR FIT eXAMINUM PROUe[N̄]
TUS CUM MeLLA COePeRUNT MA
TUReSCeRe ABIGUNT eOS MUL
TAeqUe SINGULOS AdGReSSAe
TRUCIdANT NeC Id . . NUS NISI
UeRe Id CONSPICITUR RUGUS Ade[M̄]P
TIS ALIIS INATUM ReIeCTUS IPSe
CeTeRIS AdIMIT Re 29
GIAS IMPeRATORIBUS FUTURIS
IN IMA PARTe ALUI eXSTRUUN[NT]
AMPLAS MAGNIFICAS Se

§ 26. *Minumae sed* Sill. — *apibunt* puncto addito legendum est *apib·*[*us*]*unt* i. e. *apibus sunt*, ita Sill., vid. proleg. p. XXII.

§ 27. *Sinaculeo* i. e. *sine aculeo*, ita Sill. — *et iam* Sill. — *serotinus* Sill. — *inperant iis* Sill. — *est* om. Sill. — *·impetu·* praeposito *c* et adscriptis punctis significatur: *corrigatur et deleatur*, vid. p. 1, 1 et proleg. p. XX et XXV.

§ 28. *Fiet* Sill. — *genus* Sill. — *id* om. Sill. — *rugus* laps. calami videtur pro *fugus* i. e. *fucus*, *fucus ademptis alis* Sill. — *in atum*, conicimus *in altum*, *in alvom* Sill.

§ 29. *Inperatoribus* Sill.

Fol. 15b. p. 31. *Q. II. f. 7.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

PARATAS TUBeRCULO eMINeN
TeS qUOd SI eXPRIMATUR NON
GIGNUNTUR SeXANGULAe OM
NeS CeLLAe A SINGULORUM PedUM
OPeRe Sed RAPIUNT dIeBUS SeRe
NIS MUNIA MeLLe UNO ALTeRO
Ue SUMMUM dIe CeLLAS RePLeN[NT]
UeNIT hOC eX AeRe eT MAXIMe 30
SIdeRUM eXORTU PRAeCIPUeq'[Ue]
IPSO S...O eXPLeNdeSCeNTe NeC
OMNINO PRIUS UeRGILIARUM
eXORTU SUBLICANIS TeMPORIB·[US]
ITAqUe TUM PRIMA AURORA FO
LIA ARBORUM MeLLe ROSCIdA IN
UeNIUNTUR A SI qUI MATUTINO S
SUB dIU FUeRe UNCTAS LIqUORe
UeSTIS CAPILLUMqUe CONCRe
TUM SeNTIUNT SIUe ILLe eST CAe
LI SUdOR SIUe qUedAM SIdeRUM
SALIUA S.Ue PURGANTIS SI AeRIS
SUCUS UTINAMqUe eSSeT AC LI
qUIdUS eT SUAe NATURAe qUA
LIS deFUIT PRIMO NUNC UeRO 31
e TANTA CAdeNS ALTITUdINe MUL
TUMqUe dUM UeNIT SORdeSCe[N̄]S
eT OBUIO TeRRAe hALITU *

eminentis Sill. — *gignuntur suboles* Sill. — *opere. nihil horum stato tempore* Sill.; omisit antiquarius 22 literas vel versum archetypi, vid. proleg. p. XXXIV.

§ 30. *Ipso sirio exsplendescente fit* Sill. — *sublucanis* Sill. — *a* laps. calami pro *ac*, ita Sill., vid. proleg. p. XXIII. — *s sub*, vid. proleg. p. XXIV. — *diu*, vid. proleg. p. XXVIII, *dio* βγ, *divo* Sill. — *quaedam* Sill. — *sive purgantis* Sill. — *se aeris* Sill. — *esset et purus* Sill.

* Desunt paginae 2 (Q. II. f. 8).

LIB· XI·

TRA COPIA IGNAUIAM AdFeRT A
C IAM MeLLe NON eRIThACe PAS
CUNTUR hACe dILIGeNTIOReS eX
hAC UINdeMIA XV PARTeM API
BUS ReLINqUONT dIeS STATUS IN
ChOANdAe UT qUAdAM LeGe NA
TURAe SI SCIRe AUT OBSeRUARe hO
MINeS UeLLeNT TRICeNSIMUS
AB edUCTO eXAMINe FeReqUe
MAIO MeSe INCLUdITUR hAeC
UINdeMIA ALTeRUM GeNUS eST 36
MeLLIS AeSTIUI qUOd .deO UOCA
TUR hORAeON A TeMPeSTIUITATe
PRAeCIPUA ..SO SIRIO eXSPLeNdeS
CeNTe POST SOLSTITIUM dIeBUS
XXX FeRe INMeSA CIRCA hOC SUB
TILITAS NATURAe MORTALIBUS PA
TeFACTA eST NISI FRAUS hOMINU[M]
CUNCTA PeRNICIe CORRUMPeReT
NAMqUe AB eORT. SIdeRIS CUIUS 37
CUMqUe· Sed NOBILIUM MAXIMe
AUT CAeLeSTIS ARCUS SI NON Se
qUANTUR IMBReS Sed ROS TePeS
CAT SOLIS RAdIIS MedICAMeNTA
NON MeLLA GIGNUNTUR OCULIS UL
CeRIBUS INTeRNISqUe UISCeRIB·[US]

§ 35. *Contra copia* Sill. — *ergo diligentiores* Sill. — *relincunt* Sill. — *velint* Sill. — *tricensimus*, vid. proleg. p. XXXII, *tricesimus* Sill. — *mese*, vid. proleg. p. XXXII, *mense* Sill.

§ 36. *Ideo* Sill. — *horaeum β, ὡραῖον* Sill. — *ipso sirio* Sill. — *tricenis fere* Sill. — *inmensa* Sill. — *nisi βγ, ni* Sill. — *conrumperet* Sill.

§ 37. *Ab exortu* Sill.

Fol. 119ᵇ. p. 239. *Q. III. f. 1.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

dONA CAeLeSTIA qUOd SI SeRUe
TUR hOC SIRIO eXORIeNTe CASU
qUe CONGRUAT IN eUNdeM dIe[M]
UT SAePe UeNeRIS AUT IOUIS MeR
CURIUe eXORTUS NON ALIA SUAUI
TAS UISqUe MORTALIUM MALIS
A MORTe ReUOCANdIS qUAM dI
UINI NeCTARIS FIAT MeL PLeNI 38
LUNIO UBeRIBUS CAPITUR SeRe
NO dIe PINGUIUS IN OMNI MeLLe
qUOd PeR Se FLUXIT UT MUSTUM
OLeUMqUe APPeLLATUR TACITU[M]
MAXIMe LAUdABILe eST AeSTI
UUM OMNe RUTILUM UT SICCIO
RIBUS CONFeCTUM dIeBUS· AL
BUM MeL NON FIT UBI ThYMUM
eST Sed OCULIS eT ULCeRIBUS AP
TISSIMUM eXISTIMATUR e ThYMO
COLORIS AUReI ISAPORIS GRATIS
SIMI qUO FIT PALAM dOLIOLIS PI[N]
GUI e MARINO RORe SPISSUM qUOd
CONCReSCIT AUTeM MINIMe
LALIdATUR ThYMOSUM NON COIT 39
eT TACTU PRAeTeNUIA FILA MIT
TIT qUOd PRIMUM BONITATIS
ARGUMeNTUM eST ABRUMPI

vocandis Sill.

§ 38. *Uberius* Sill. — *tacitum mellis* deest apud Forcell., *acetum* Sill. — *aestivom* Sill. — *ut siccioribus* T, *ut diebus confectum siccioribus* Sill. — *album mel non fit quod bi thymum est sed oculis et ulceribus β*, sed § 45 post: *vocant*, quae verba Ian. § 38 inserere voluit, vid. § 45; om. Sill., vid. proleg. p. XXXVII. — *existumatur* Sill. — *isaporis*, vid. proleg. p. XXX, *saporis* Sill. — *quo* R, *quod fit* Sill. — *marino e* Sill. — *lalidatur* pr. m., vid. proleg. p. XXII, *laudatur* s. m., ita Sill.

§ 39. *Gravitatis* Sill. — *abrumpi* pr. m., ita Sill., *abruti* vel *abrupti* s. m.

LIB· XI·

Le
STATIM eT ReSIURe GUTTAS UILI
TATIS INdICIUM hABeTUR· SeqUe[N̄]S
PROBATIO UT SIT OdORATUM eT
eX.dULCI ACRe GLUTINOSUM PeR
LUCIdUM AeSTIUA MeLLATIONe 40
X PARTe CASTIO dIONYSIO APIB[US]
ReLIqUI PLACeT SI PLeNAe FUeRIN[NT]
ALUI SI MINUS PRO RATA PORTIO
Ne· AUT SI INANES OMNINO NON
ATTINGI· hUIC UINdeMIAe ATTI
CI SIGNUM dedeRe INITIUM CA
PRIFICI ALII dIeM UOLCANO SA
CRUM TeRTIUM 41
GeNUS MeLLIS MINIMe PROBA
TUM SILUeSTRe qUOd 'eRIGAeU[M̄]
UOCANT CONUeNITUR POST PRI
MOS AUTUMNI IMBReS CUM eRI
Ce SOLA FLOReT IN SILUIS OB Id
hAReNOSO SIMILe· GIGNIT Id MA
XIMe ARCTURI eXORTUUS eT Ad·
PR· Id· SePT· qUIdA[M̄]
U
AeSTIMAM MeLLATIONeM Ad
ARCTURI eXORTUM PROFeRUN[NT]
U hō
qUONIAM Ad AeqUINOCTIOM
Ad UeRGILIARUM OCCASUM dIe
BUS CXXXXUIII CTIUM AUTUM
AUTUMNI AB eO SUPeRSINT ·XIIII AB AeqUINOCTIO h̄s

resiure pr. m., vid. proleg. p. XXII, *resilere* s. m., *resilire* Sill.

§ 40. *Decimam partem* Sill. — *cassio* Sill. — *relinqui* Sill. — *inanis* pr. m., *inanes* s. m., ita Sill., vid. proleg. p. XVIII.

§ 41. *Provatum* pr. m., *probatum* s. m., ita *B* magnum exortum est. — *erigaeum*, signum praepositum spiritus lenis graecorum videtur, *ericaeum* Sill. — *convehitur* Sill. — *erice* βγ, *myrice* Sill. — *exortuus* R, *exortus* Sill. — *et ad· pr· id· sept·* (i. e. *ante diem pridie idus septembris*), *ex ante pridie idus septembris* Sill., vid. proleg. p. XX. — *aestimam* pr. m., vid. proleg. p. XXXII, *aestivam* s. m. — *aequinoctio* pr. m., *aequinoctium* s. m., ita Sill. — *h̄o* (i. e. *hoc signo*) notatur, quod in inferiore margini adscriptum est. — *dies quatuordecim* Sill. — *h̄s* (i. e. *hoc signo*), vid. proleg. p. XX.

Fol. 56ᵇ. p. 113. *Q. III. f. 2.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

NI AB eO SUPeRSINT dIeS XIIII
eT AB AeqUINOCTIO Ad UeRGILIA
RUM OCCASUM dIeBUS XXXXUIII
PLURIMA SIT eRICe AThenIeNSeS 42
IAM TeTRAdICeN APPeLLANT eUBO
eA SISYRUM PUTANTqUe APIBUS
eSSe GRATISSIMUM FORTASSIS qUIA
TUNC NULLA ALIA SIT COPIA· hAeC
eRGO MeLLATIO SINe UINdeMIÆ
eT UeRGILIARUM OCCASU IdIBUS
NOUeMBRIBUS FeRe INCLUdITUR
ReLINqUI eX eA dUAS PARTeS API
BUS RATIO PeRSUAdeT· eT SeMPeR
eAS PARTeS FAUORUM qUAe hA
BeANT eRIThACeN A BRUMA 43
Ad ARCTURI eXORTUM dIeBUS LX·
SOMNO ALUNTUR SINe ULLO
CIBO AB ARCTURI eXORTU Ad Ae
qUINOCTIUM UeRNUM TePIdIO
Re TRACTU IAM UIGILANT SeT eTIA[M]
NUM ALUO Se CONTINeNT SeR
UATOSqUe IN Id TeMPUS CIBOS
RePeTUNT· IN ITALIA UeRO hOC
IdeM UeRGILIARUM eXOR$\overset{T}{\text{U}}$ FA
CIUNT eT IN eUM dORMIUNT AL 44
UO qUIdAM IN eXIMeNdO MeLLe

§ 42. *Tetradicen* deest apud Forcell., *eam tetralicem θ*, *tetralicem βγ*, *tamaricem* omisso *iam* Sill. — *sisirum* Sill. — *sine*, vid. proleg. p. XXII, *fine* Sill. — *partis* Sill.

§ 43. *Sed* Sill. — *etiam tunc* Sill. — *idem a* Sill. — *exoru* pr. m., *exortu* s. m. — *et in eum β*, *in eum* Sill.

§ 44. *Alvo*, vid. proleg. p. XXIII, *alvos* Sill.

LIB· XI

eXPeNdUNT ITA dIRIBeNTeS
qUANTUM ReLINqUANT AeqUI
TAS qUIdeM eTIAM IN IIS OBSTRIN
GITUR FeRUNTqUe SOCIeTATe FRAU
dATA ALUOS MORI IN PRIMIS eR
GO PRAeCIPITUR LAUTI UT PURIq·[Ue]
eXIMANT MeLLA· eT FUReM MU
LIeRUMqUe MeSeS OdeRe CU[M̄] 45
eXIMANTUR MeLLA APeS ABICI
FUMO UTILISSIMUM Ne IRASCA[N̄]
TUR AUT IPSAe AUIdAe UOReNT
FUMO CReBRIORe eT IGNAUIA eA
RUM eXCITATUR Ad OPeRA· NAM
NISI INCUBAUeRe FAUOS LIUIdOS
FACIUNT RURSUS FUMO NIMIO
INF . . . UNTUR qUANdO INIURIA[M̄]
CeLeBeRRIMe SeNTIUNT MeLLA
UeL MINIMO CONTACTU RORIS
ACeSCeNTIA· eT OB Id INTeR GeNe
RA SeRUATUR qUOd ACAPNUM
UOCANT· FeTUS qUONIAM MOdO 46
PROGeNeRAReNT MAGNA INTeR
R̶ eRUdITOS eT SUBTILIS FUIT qUÆS
TIO APIUM eNIM COITUS UISUS
eST NUMqUAM PLUReS eXISTI
MAUeRe ORe CONFINGI FLORIB[US]

quidem R (codd. Gel.), *siquidem* Sill. — *eis* Sill. — *ut lauti* Sill. — *meses*, vid. proleg. p. XXXII, *menses* Sill.

§ 45. *Apis* Sill. — *abigi* Sill. — *avide* Sill. — *inficiuntur quarum iniuriam* Sill. — *celerrime* Sill. — *acapnon* Sill.

§ 46. *Quoniam*, vid. proleg. p. XXX, *quonam* Sill. — *inter r* altero *r* s. m. deleto, vid. proleg. p. XXV. — *existumavere* Sill. — *oportere confici* Sill.

Fol. 25ᵇ. p. 51. *Q. III. f. 3.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

COMPOSITAS ATqUe APTe UTILI
TeR ALIqUI COITU UNIUS qUI ReX
IN qUOqUe APPeLLeTUR eXAMI
Ne hUNC eSSe SOLUM MARe PRÆ
CIPUA MAGNITUdINe· Ne FATIS
CAT IdeO FeTUM SINe eO edI APeS
qUe ReLIqUAS TAMqUe MAReM
FeMINAS COMITARI· NON TAM
qUAM dUCeM qUAM PROBABILe[M]
ALIAS SeNTeNTIAM FUCORUM
PROUeNTUS COARGUIT qUAe eNI[M] 47
RATIO UT IdeM COITUS INPeRFeC
TOS GeNeReT ALIOS PRO...OR Ue
I
RO PROR eXISTIMATIO FIeReT NI
RURSUS ALIA dIFFICULTAS OCCUR
ReReT qUIPPe NASCUNTUR ALI
qUANdO IN eXTReMIIS FAUIIS
APeS GRANdIOReS qUAe CeteRÆS[AS]S
FUGANT OeSTRUS UOCATUR hOC
MALUM qUOdAM MOdO NASCeNS
SI IPSe FINGUNT qUOd CeRTUM 48
eST GALLINARUM MOdO INCU
BANT Id qUOd eXCLUSUM eST
PRIMO UeRMICULUS UIdeTUR
CANdIdUS IACeNS TRANSUeR
SUS AdhAeReNSqUAe ITA UT *

compositis apte atque Sill. — *appellatur* Sill. — *mare* laps. calami pro *marem*, vid. proleg. p. XXIII, ita Sill. — *non edi apisque* Sill. — *tamquam marem* Sill.

§ 47. *Coitus inperfectos* d, *coitus alios perfectos inperfectos* Sill. — *propior* Sill. — *pror* pr. m., *prior* s. m. — *existumatio* Sill. — *extremiis faviis*, vid. proleg. p. XXIV, XXXVI, *extremis favis* Sill. — *ceterass*, vid. proleg. p. XXIV, XXXVI, alterum *s* sec. ms. lavando deleverat. — *quonam modo* Sill. — *ipsae* Sill.

§ 48. *Adhaerensquae*, vid. proleg. p. XXIX, *adhaerensque* Sill.

* Desunt paginae 4 (Q. III. f. 4. 5).

LIB· XI

Se UTIqUe SINe ReGe NON PoS
SUNT INUITAe AUTeM INTeReMUNT[UNT]
eOS CUM PLUReS FUeRe POTIUS
qUe NASCeNTIUM dOMOS dIRUUNT[UNT]
SI PROUeNTUS deSPeRATUR TUNC
eT FUSCOS ABIGUNT· TA[M] 57
qUAM eT de IS UIdeO dUBITARI
PROPRIUMqUe IIS GeNUS eSSe ALI
qUOS eXISTIMARe SICUT FURIB·[US]
GRANdISSIMIS INTeR ILLOS Sed
NIGRIS LATAqUe ARUO ITA APPeL
LATIS qUIA FURTIM deUORENT
MeLLA· CeRTUM eST AB APIBUS FU
COS INTeRFICI UTIqUe ReGeM NO[N]
hABeNT qUOMOdO SINe ACULeO
NASCANTUR IN qUAeSTIONe eST·
UMIdO UeRe MeLIOR FeTUS SIC 58
CO MeL COPIOSIUS· qUOd SI deFe
CIT ALIqUAS ALUOS CIBUS IMPe
TUM IN PROXIMAS FACIUNT RA
PINAe PROPOSITO Ad ILLAe CON
TRA deRIGUNT ACIeM eT SI CUS
TOS AdSIT ALTeRUTRA PARSq[Ue]
qUAe·SIBI FAUeRe SeNSIT NON
AdPeTIT eUM eX ALIIS qUOqUe
SAePe dIMICANT CAUSIS dUAS

§ 56. *Esse utique* Sill. — *interimunt* Sill. — *fuscos*, *fucos* Sill.

§ 57. *Quamquam et* Sill. — *de iis* Sill. — *existumare* Sill. — *illos* Td, *illas* Sill. — *alvo* Sill. — *sed quomodo* Sill.

§ 58. *Melior fetus* βγ, *fetus* Sill. — *defecit* θd, *deficit* Sill. — *inpetum* Sill. — *at* Sill. — *dirigunt* Sill. — *parsque quae* i. e. *parsque* pr. m., *pars quae* s. m., vid. proleg. p. XXVI, ita Sill. — *duasque* Pint., *easque* Sill.

Fol. 30ᵇ. p. 61. *Q. III. f. 6.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

qUe ACIeS CONTRARIAS dUOSqUe
IMPeRATOReS INSTRUUNT˙ MA
XIMe RIXA IN CONUehENdIS FLO
RIBUS eXSeRTA˙ eT SUOS qUIBUS
qUe eUOCANTIBUS qUAe dIMICA
TIO INIeCTU PULUeRIS AUT FUMO
TOTA dISCUTITUR˙ ReCONCILIATUR[UR]
UeRO LACTe UeL AqUA MULSA APeS 59
SUNT eT RUSTICAe SILUeSTReSqUe
hORRIdAe ASPeCTU MULTO IRAC[UN]
dIOReS Sed OPeRe AC LABORe PRAES
TANTeS URBANARUM dUO GeNe
RA OPTIMAe BReUeS UARIeqUe
..IN..TONdITATeM COMPAC
TILeS deTeRIOReS LONGAe eT qUI
BUS SIMILITUdO UeSPARUM eTIA[M]
NUM deTeRMINAe eX IIS PILO
SAe IN PONTO SUNT qUAedAM
M ALeAS qUe BIS IN MeNSAe MeL
LA FACIUNT CIRCA ThERMOdON
TeM AUTeM FLUUIUM dUO GeNe
RA ALIARUM qUAe IN ARBORI
BUS MeLLIFICANT ALIARUM
qUAe SUB TeRRA TRIPLICI CeRA
RUM ORdINe UBeRRIMe PRO
UeNTUUS ACULeUM APIB·[US] 60

duo inperatores Sill. — *exserta*, vid. proleg. p. XXXIV, *exorta* Sill.

§ 59. *Adspectu* Sill. — *variaeque et in rotunditatem* Sill. — *conpactiles* Sill. — *determine* R, *deterrimae* Sill. — *quaedam aliae quae* conicimus, vid. proleg. p. XXII, XXIV, *quaedam albae quae* Sill. — *mensae*, vid. proleg. p. XXIX, *mense* Sill. — *uberrimi proventus* Sill.

LIB· XI

deaIT NATURA ueNTRI CONSeR
TUM Ad UNUM ICTUM hOC CON
FIXO qUIdAM eAS STATIM eMO
RI PUTANT ALIqUI NON NISI IN
TANTUM AdACTO UT INTeSTINI
qUIPPIAM SeqUATUR· Sed FUCOS
POSTeA eSSe NeC MeLLA FACeRe
UeLUT CASTRATIS UIRIBUS PARI·
TeRqUe eT NOCeRe eT PROdeSSe
deSINeRe eST IN eXeMPLIIS e
qUOS AB IIS OCCISUS· OdeRe FOe 61
dOS OdOReS PROCUIqUe FUGIUNT[UNT]
Sed eT FICTOS ITAqUe UNGUeNTA
RedOLeNTIS INFeSTANT IPSAe
PLURIMORUM ANIMALIUM IN
IURIIS OBNOXIAe INPUG
NANT eAS NATURAe eIUSde deGe
NeReS UeSPAe AdqUe CRABRO
NeS eTIAM e CULICUM GeNeRe
qUI UOCANTUR MULIONeS PO
PULANTUR hIRUNdINeS· eT qUAe
dAM ALIAe AUeS INSIdeANTUR 62
AqUANTIBUS RANAe qUAe MA
XIMA eORUM eST OPeRATIO TUM
CUM SUBOLeM FACIUNT Ne. hAe
TANTUM qUAe STAGNA RIUOS

§ 60. *Infixo* Sill. — *velut* $\beta\gamma$, *ut* Sill. — *exempliis*, vid. proleg. p. XXIV, *exemplis* Sill. — *occisos* Sill.

§ 61. *Procuique*, vid. proleg. p. XXII, *i* pro *l* positum, *proculque* Sill. — *eiusde*, vid. proleg. p. XXIII, *eiusdem* Sill. — *atque* Sill.

§ 62. *Insideantur*, vid. proleg. p. XXIX, *insidiantur* Sill. — *earum* Sill. — *nec hae* Sill.

Fol. 55^b. p. 111. *Q. III. f. 7.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

qUe OBSIdeNT UeRUM eT RUBe
TAe UeNIUNT ULTRO AdRePeN
TeS qUAe FORIBUS PORTAS SUFFLA[N̄]T
Ad hOC SPATIO PROUOLAT CONFeS
TIMqUe ABRIPITUR NeC SeNTIRe
ICTUUS APÍUM RANAe RAdUN
TUR INIMICAe eT OUeS dIFFICILe Se
e LANIS eARUM eXPLICANTIBUS
CANCRORUM eTIAM OdORe SI qUIS
IUXTA COqUAT eXANIMANTUR
qUIN eT MORBOS SUAPTe NATU 63
RA SeNTIUNT INdeX eORUM
TRISTITIA TORPeNS eT CUM ANTe
FOReS IN TePOReM SOLIS PROMO
TIS ALIAe CIBOS MINISTRANT CU[M̄]
deFUNCTAS PROGeRUNT FUNe
RANTIUMqUe MORe COMITAN
TUR eXeqUIAS˙ ReGe eA PeSTe CO[N̄]
SUMPTO MAeReT PLeBeS IGNAUO
dOLORe NON CIBOS CONUeheNS
NON PROCedeNS TRISTI TANTUM
MURMURe GLOMeRATUR CIRCA
CORPUS eIUS SUBTRAhITUR ITA 64
qUe deduCTe MULTITUdINI ALIA˙ S
SPeCTANTIS eXANIMeM LUC
TUM NON MINUUNT TUNC qUO

adrepentesque Sill. — *pertas* R[1], —*pertas* R[2], —*perta* T d, —*pertas* K, *per eas* Sill. — *ictus* Sill. — *raduntur*, vid. proleg. p. XXIII, *traduntur* Sill.

§ 63. *Teporem* $\beta\gamma$, *tepore* Sill. — *exsequias* Sill. — *glomeratur* $\beta\gamma$, *glomerantur* Sill.

§ 64. *Diducte* R T, *diductae* θ d[1] d[2] S, *deductae* β, *diducta* Sill. — *multitudini* T S d[2] β, *multitudine* Sill. — *alia ·sspectantis* praeposito puncto emendator prius *s*, quod lapsu calami *s spectantis* exaratum habuit, deleverat, *alias spectantes* Sill.

Q. III. f. 8. *Fol. 116ª. p. 232.*

LIB· XI

que NI SUBUeNIATUR FAMe
MORIUNTUR hILARITATe IGITU[UR]
eT NITORe SANITAS AeSTIMATUR
SUNT eT OPeRIS MORBI CUM CAUS[OS]˙
NON eXPLeNT CLARON UOCANT
IdeM BLAPSIGONIAM SI FeTUM
NON PeRAGANT INIMICA eT eChO 65
eST ReSULTANTI SONO qUI PAUI
dAS AeTeRNO SULSeT ICTU INIMI
CA eT NeBULA ARANeI qUOqUe
UeL MAXIMe hOSTILeS CUM PRÆ
UALUeRe UT INTeXANT eNeCAN[NT]
ALUOS PAPILLO eTIAM hIC IGNA
UOS eT INhONORATUS LUMINI
BUS ACCeNSIS AdUOLITANS PeS
TIFeR NAeC UNO MOdO NAM eT
IPSe CeRAS dePASCITUR eT ReLIN
qUIT eT CReMeNTA e qUIBUS TeRe
dINeS GIGNUNTUR FILA eTIAM
ARAdeOSA qUACUMqUe INCeS
SIT ALARUM MAXIMe e LANU
GINe OPTeXTI NASCUNTUR eT IN 66
IPSO LIGNO TeRedINeS qUAe Ce
RAS PRAeCIPUe AdPeTUNT INFeS
TAT eT AUIdITAS PASTUUS NIMIA
FLORUM SATIeTATe UeRNO MA

aestimatur βγ, *existumatur* Sill. — *favos* Sill. — *item* Sill. — *blapsigoniam* dβγ, *blapsigonian* Sill. — *peragant* dβ, *peragunt* Sill.

§ 65. *Alterno pulset* Sill. — *papilio* Sill. — *etiam hic* β, *hic* om. Sill. — *nec* Sill. — *et crementa*, vid. proleg. p XXII, *excrementa quibus* Sill. — *aradeosa*, vid. proleg. p. XXII, *araneosa* Sill. — *lanugine obtexit* Sill.

§ 66. *Pastus* Sill.

Fol. 116 b. p. 233. *Q. III. f. 8.*

PLIN· SEC· NATUR· HIS

XIMe TeMPORe ALUO CITA OLeO
qUIdeM APeS NON TANTUM Sed
OMNIA INSeCTA eXAMINANTUR
PRAeCIPUe SI CAPITe UNCTO IN SO
Le PONANTUR ALIqUANdO eT IPSeÆ 67
CONTRAhUNT MORTIS SIBI CAU
SAS CUM SeNSeRe eXIMI MeLLA
AUIde UORANTeS CeTeRO PRAePAR
Ce eT qUAe ALIOqUI PROdIGAS Ad
qUe edACIS NON SeCUS AC PIGRAS
eT IGNAUAS PROTURBeNT NOCeN̄[NT]
eT SUA MeLLA IPSIS INLUTAeqUe
AB AUeRSA PARTe MORIUNTUR·
TOT hOSTIBUS TOT CASIBUS eT qUO
TAM PORTIONeM eORUM COM
MeMORO TAM MUNIFICUM ANI
MAL eXPOSITUM eST ReMedIA dI
CeMUS SUIS LOCIS NUNC eNIM
SeRMO de NATURA eST GAUdeN̄[NT] 68
PLAUSU ATqUe TINNITU AeRIS
eOqUe CONUOCANTUR qUO MA
NIFeSTUM eST AUdITUS qUOqUe
INeSSe SeNSUM eFFeCTO OPeRe
edUCTO FeTU FUNCTAe MUNe
Re OMNII eXeRCITATIONeM TA
MeN SOLLeMNeM hABeNT SPA

[Q.] III.

non apes Sill. — *exanimantur* Sill.

§ 67. *Ipse* pr. m., *ipsae* s. m., ita Sill. — *praeparcae* Sill. — *atque* Sill. — *atque ignavas* Sill. — *inlitaeque* Sill. — *aversa* Pint., *adversa* Sill. — *conmemoro* Sill.

§ 68. *Functae* $\beta\gamma$, *functo* Sill. — *omnii*, vid. proleg. p. XXIV et XXXVI, *omni* Sill.

LIB· XI

TIATAeqUe IN APeRTO eT IN ALTŪ[M̄]
eLATAe GYRIS UOLATU edITI TUM
deMUM Ad CIMUM RedeUNT
UITA hIS LONGISSIMA UT PROSPe 69
Re INIMICA AC FORTUITA CedAN̄[NT]
SePTeNIS ANNIS UNIUeRSA SAL
UOS NUMqUAM ULTRA deCeM
ANNOS dURASSe PROdITUR SUN̄[NT]
qUI MORTUAS SI INTRA UeRNO
TORReANTUR AC FICULNeO CINe
Re T.PIdO FOUeANTUR PUTeNT
ReUIUeSCeRe IN TOTUM UeRO 70
AMISSAS RePAR... UeNTRIBUS
BUBULIS ReCeNTIBUS CUM FIMO
OBROTIS IUUeNCORUM UeRGILIUS[US]
CORPORe eXAMINATO SICUT eqUO
RUM UeSPAS AdqUe CRABROSNeS
SICUT ASINORUM SCARABAeOS
MUTANTe NATURA eX OLIIS qUǢ
dAM IN ALIA Sed hORUM OMNIU[M̄]
COITUS CeRNUNTUR· eT TAMeN
FeTU eAdeM P..Pe NATURA qUǢ
APIBUS UeSPA..N SU.LIMI e.. 71
TO NIdOS FACIUNT IN IIS CeRAS
CRABRONeS CAUeRNIS .UT SUB
TeRRA eT hORUM OMNIUM SeX

tegumentum codicis p. VIII.
tinctura, vid. *Giobertina*.
titulus operis pliniani p. XIX, 177. not., 222.

V.

verba pr. ms. lavando deleta p. 62. not., 75. not.
in verbis compositis quae regula observata p. XXIX.
Verona p. IX. XXI.
versus archetypi omittuntur imprimis ineunte pagina p. XXXIV, 217, 14. 230, 3.
vocabulum exeunte versu seiunctum p. XIX. — *vocabula false scripta* p. XXVI. — *indiscreta* p. XL. — *repetita* p. XXV.
vocum separandarum difficultas p. XVIII.

TABULA ADIECTA CONTINET SCRIPTURAE SPECIMINA:

[illegible] 222 [illegible] 92. cod.

[illegible] 18 [illegible] ed. p. 54. cod., [illegible] p. 22[illegible] [illegible]

[illegible] 232. n. ed. p. 77. cod. et p. [illegible] p. 20[illegible] cod.

[illegible] rescriptae non sunt, p. 15[illegible], l. 2. n. ed. [illegible] *Mauretaniae P[illegible]* [illegible]

4. [illegible]arum linearum [illegible] et posterioris scripturae, p. 1[illegible]1, 7. 14. [illegible] ed. p. 59. 1[illegible] cod.: „*tantum gracilioribus[illegible]*", rescri[illegible] *sunt et extra tempus, quia*": „*quae pane* [illegible]". rescriptum „*quae [illegible] plantatus est: nu[illegible]*

[illegible] 2[illegible]1, 1. n. ed. p. 103. cod., p. 230 1. n. ed. p. 2[illegible] [illegible]1, 1. n. ed. p. 93. cod.

[illegible] emendatore additae, p. 176. n. ed. [illegible] 18. [illegible]tur primae manus scriptura: „*Em[illegible]*", [illegible]".



J. Weith Chromolith. in Carlsruhe

TABULA ADIECTA CONTINET SCRIPTURAE SPECIMINA:

1. Tituli operis pliniani, p. 222. n. ed. p. 92. cod.

2. Inscriptionum paginarum, p. 48. n. ed. p. 54. cod., et p. 221. n. ed. p. 93. cod.

   Inscriptionum quaternionum, p. 232. n. ed. p. 77. cod., et p. 90. n. ed. p. 209. cod.

3. Duarum linearum, quae rescriptae non sunt, p. 155, 1. 2. n. ed. p. 53. cod.: ,,*duobus a rege Mauretaniae Ptolemaeo, quattuor pedes et*''.

4. Binarum linearum prioris et posterioris scripturae, p. 161, 7. 14. n. ed. p. 59, 11. 15. cod.: ,,*tantum gracilioribusque*'', rescriptum ,,*quae sub caelo sunt et intra tempus, quia*''; ,,*que pane utuntur, mirum est*'', rescriptum ,,*quod plantatum est; nulli dubium quod*''.

5. Emendationum, p. 211, 1. n. ed. p. 103. cod., p. 230, 1. n. ed. p. 256. cod., p. 221, 1. n. ed. p. 93. cod.

6. Subscriptionis ab ipso emendatore additae, p. 176. n. ed. p. 79, 18. cod.; legitur primae manus scriptura: ,,*Emenda.i*'', sec. manus: ,,*rei certus adsertor*''.


1.
C · PLINI SECUNDI
NATURALIUM HISTORIARUM
2.
PLIN· SEC· NATUR· HIS· LIB XIII
Q·XXX Q XII
3.
DUOBUS AREGE MAURETANIAE
PTOLEMAEO QUATUOR PEDES ET
4.
5.
NARDO SYRIACO AMOMO
COSTO CASIA CIN
NE
SERA
TRANSLATARUMQ·
RUNTQUE
6.

IOHANNIS FREDERICI GRONOVI

IN ALIQUOT LIBROS

C. PLINI SECUNDI

NOTAE

POST PRIMAM EDITIONEM ANNO 1669 CURATAM NUNC MULTO EMENDATIUS TYPIS EXSCRIPTAE.

ILLUSTRI ET SINGULARIS EXEMPLI VIRO

IOHANNI CAPELANO

REGI CHRISTIANISSIMO A CONSILIIS

IOHANNES FREDERICUS GRONOVIUS.

Antigonus Gonatas, Demetrii Poliorcetae filius, Iohannes Capelane, Vir Illustris, apud Argos loco tutus et vallo clausus, Pyrrho Epirotae, qui propemodum omni Macedonia eum expulerat, provocanti et ignaviam exprobranti respondit, suam expeditionem non armorum, sed temporis esse. Nec raro fit, ut quae ex destinato magnaque mole suscipiuntur, aspera foedaque eveniant; quae sola elicuit opportunitas, quanquam inapparata, bellissime cadant: quod et in duobus illis apparuit regibus. Sed a cothurno ad soccum: huius opusculi, quod vides, de successu pronuntiare non est meum: occasioni magis id quam consilio debere originem dicere et possum et compellor, ne, quod truncum videtur et capite atque calce defectum, meae desidiae aut fastidio adscribatur. Isaacus est Vossius noster, non tibi, non cuiquam paullo humaniori vel a patre vel a fratribus vel ab sese ignotus, qui copiosae ac consummatae eruditioni et foetibus ingenii excogitatissimis adstruxit subtile iudicium et nobilem sumptum in membranis et chartis aevi prisci literatis. Hoc ingens instrumentum est doctrinae veterum cupidis aemulisque. Accidit enim naturaliter, ut quo saepius renovantur et propagantur 764
libri sive manu sive torculari, nova concipiant vitia, vel errore humano, vel temeritate mutantium, quae non capiunt. Et tamen de nullo cuiusquam, sive Theologumenon auctores percenseas, quos

Patres vocamus, sive iuris Quiritium reliquias, sive medicinae experimenta, sive quam philosophi, historici, oratores, poetae, artis memoriam prodiderunt, de nullo omnium dogmate, nulla relatione, nulla sententia constare potest, nisi lectionem viceris esse illibatam. Neque aut fides huius rei certior aut ad inveniendam illam planior coniecturae via, quam exemplarium vetustas. Magna mihi copia est narrare, quantum ex hac ratione omnes studiorum partes inter bina secula profecerint; quot foedos et pudendos errores vel opinionum vel in dicendo effugerimus; quanto puriores plerosque nunc sapientiae fontes hauriamus; quoties irridiculo sint et fuerint, qui sine critica ope, hoc est, sine iudicio et delectu, sine arte ac ratione, veterum scripta tractandi, interpretandi, imitandi, excerpendi ad sua exornanda et confirmanda, in alias linguas transferendi, quod minimum est in familiari sermone dicta aut versiculos inde paucos adhibendi ius sibi fecerunt: quam derisores et balathrones imi lecti, qui pro paedagogicis haec traducunt, ne imi quidem se paedagogii subselliis dignos, vernaculos scurras, verosque Cumanos asinos, simpliciter atque aperte ostenderint. Sed hos satis plectit mala mens sua et stolida turpissimaque barbariei atque ignorantiae confessio: nos quantum hac cura studiis et nostris et aliorum profuerimus, minime poenitet. Caeterum amicus noster, quum saepe cupido mihi, semper insatiato, exponeret hoc suum instar librarii prisci, nec de parte Historiae Naturalis C. Plinii Secundi in membranis vel praestantissimis me celatum habuit: quarum beneficio,
765 iunctis non indiligenter Chiffletianis (et hae inter exaratos manu Plinios, quotquot adhuc collatos accepimus, sine controversia familiam ducunt) novum habitum tanto scriptori indui, vel potius antiquum et suum, certe similiorem suo, reddi posse non temere adseverabat. Quod cum facile agnoscerem, incessit libido otiosius inspiciendi et cum vulgatis comparandi pauca, quae ad aes, argentum, aurum signatum pertinent, capita, non paucis locis suspectae obscuritatis. Denique annuente domino librum mecum abstuli; quae volebam, exegi; et compluries in solum, quod aiunt, venire atque ultro obiici, alia mediocriter artifici pollice erui ac duci, quae multo magis olere lucernam Veronensem videbantur, sum laetatus.

Si non cessat lusor perdere, ne perdiderit, quemadmodum temperabit sibi, qui fortunam sequitur, et assidue vincit? Ego quidem hoc velut stimulo incitatus, etsi nunquam antehac de Plinio omni aut tanta Plinii parte recensenda cogitassem; etsi minime tum vacuus, totum volumen transii, quicquid distaret a vulgatis, data opera enotans: omniaque utiliter e Chifletiano, ex Hermolai Geleniique et Rhenani ac Pintiani bonis codicibus excerpta ibidem deprehendi: et insuper velut corollarium, unde hoc schedion constat. Verum, opinor, praestiti, quod dicebam, rem occasionis esse. Similis αὐτοματία editionem extorsit mihi. Venit enim post paullo forte librario in mentem Plinii Naturalem Historiam formarum suarum elegantia deproperare velle, meque ad omne opus exigendum invitabat. Mihi, qui iamdudum bos clitellas, et plus complector quam contineam; qui morbo insito non possum leviter defungi, sed quicquid suscipiam, ago pro viribus; qui

Per quinquennia iam decem,
Ni fallor, fuimus; septimus insuper
Annum cardo rotat;

sero spem longam inchoare, et novum ac vix per se tractabile 766
pondus adiicere religioni fuit. Etsi autem haec pleraque omnia in marginibus aut in adversariis haererent mihi: tamen inde sumere animos ad omnem Plinium restituendum, id vero simile videbatur delicato illi adolescenti, qui dum in litore

Huc it, et hinc illuc, et in alludentibus undis
Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit,

scalmum forte reperit, et ob eam rem se navem fabricare postulabat: praesertim cum neque illis, quae olim impeditum me habebant, sufficerem. Interim quoties audiebam maturari opus, tacita invidia onerari et pulsari me sentiebam, qui muneri, quod accessione haudquaquam spernenda ornare videbar posse, deessem: et singulae mentiones erant quasi exprobrationes immemori meae in iuvandis omni ope literis pristinae consuetudinis. In hoc aestu deliberationis diu rursum prorsum iactatus tandem ita mecum transegi, ut, quo et publico consuleretur et minueretur mihi labor, quicquid erat, curtum licet atque inchoatum exire sinerem, explicationibus tantum

modicis additis, ut et discentibus prodessem. Atque id eo proclivius, quod eorum, quae prae manu sunt, nihil erat paratius, quod immortalitati nominis tui litarem, Magnifice Capelane. Iamdudum enim sum in aere tuo, et quidem tanto, liberationis ut nulla mihi spes supersit: et quamvis tu, ut facilis benignusque creditor, neque appelles et sorte careas haud invitus, hoc tamen tibi foenusculum gratiae diutius non poterat deberi. Nam quid ego dicam, quasi ignoret hoc quisquam, te esse unum, cui patrio sermone scribendi qua prosa qua versu patria universa deferat principatum? cumque omnis Musarum vox deceat os tuum,

Os dignum, aeterno tinctum quod fulgeat auro;

767 et nullum sit genus poetandi, quod non insigniter bene proveniat tibi, tamen tum potissimum te numerosum et paene aliquid ultra hominem sonare, quum canis Reges et praelia; et grande illud epos, illud pondus, illam gravem torvitatem heroi pedis, diu desideratam, paucis tentatam, paucissimis respondentem, sine exemplo, sine aemulo occupasse. Testis est *Virago Aurelianensis* tua, cuius non modo sexu maioribus, sed etiam fortissimis inter milites et duces, ob regnum liberandum et ius patrimoniumque sacratissimae Christianissimorum domus vindicandum, factis et constantissimae usque in mortem pro republica obitam devotioni par praemium tot post secula totius patriae functus officio persolvisti; quam pius argumento, tam descriptione eius atque exsecutione, verorum et verisimilium apta mixtura, rerum quasi gerantur expressis simulacris et sub adspectum subiectione, excessuum atque interpositionum opportunitate, varietate, amoenitate, concitationibus animi et repraesentatis et legenti movendis, rhythmis mollibus fluentibusque et tamen etiam severis ac meditatis, sana verborum et sensuum granditate, luminibus sententiarum et omnibus orationis ornamentis, felix, excellens, admirabilis. Non enim, ut plerique versificatorum, impetum modo et instinctum inclinationemque animi, sed etiam pectus praesenti Apolline veroque Helicone repletum, hoc est, ingenti literarum flumine inundatum, ad orsa tam ardua attulisti: et quicquid e Graecae Romanaeque florentis eloquentiae monumentis superat, quidquid est illis cordatorum interpretum, tibi fuit instru-

mentum ad illum sacrum planeque divinum furorem, ad illam
lacteae melleaeque facundiae ubertatem. Ergo hos veteres amores
tuos deliciasque ne nunc quidem fastidis: et haud secus quam alia
eruditorum nomina complecteris ac foves, qui secunda fama in istis 768
versantur. Non tantum, ut libenter in noticiam admittas, facilitate
aditus, benigno vultu, comitate alloquii digneris, quod ipsum quo-
ties tui loci ordinisque magnates largiuntur, polita pectora velut
industriae praemio gaudent ac pertentantur: sed nutris atque educas
et hunc praecipuum tuae potentiae usum vindicasti, ut studia ma-
xime ingenua et humana (quae pro sterilibus vulgus, tanquam iter
ad pecuniam non sint, refugit, atque eo ad alia omnia imparatius
accedit, et si quae tamen sudore improbo elaboravit, inculta pos-
sidet et subagrestia) fructuosa et honorata, et in posterum hoc quo-
que nomine desiderabilia redderes. Quo consilio quod utilius generi
humano, amplius et gloriosius imperio vestro et Regum maximo,
sapientius, honestius, liberalius principi Ministro tibique dari aut
excogitari potuit? Unde talem rerum dominis Nestora? Non enim
defiunt, qui magnum animum sumptibus et iacturis induant: sed
qui circa sunt, sibi magis serviunt et quasi deradi dolent, quicquid
alio confertur, praesertim in Grammaticos et Scholasticos. sic enim
loquuntur celsi Ramnes, et vocabula laudis ergo atque honoris olim
summis et interioribus doctrinis tribui solita contumeliam fecere.
At si sic et appellari mererentur ipsi, innocentiores, opinor, et ad
rem gerendam succinctiores viverent, certe bonorum exemplorum
peritiores. Nam gratiam aulae, quis est, qui velit partiri? et quod
eius solidum alligare aut etiam strangulare potest, in id socium
recipere? qui cum beneficia Principis sui beneficii fecerit, Principis
auctoritatem conservet? libret merita, neque assignet nisi probatis,
quorum moribus ipse Princeps censeatur? non in iis nundinetur ac
praemietur? non saltem per ea factionem firmet aut colligat? Tuam
vero, Splendidissime Capelane, etiam probitatem eximiam, bene- 769
volentiam singularem, mentem niveam et nullo invidiae aut ob-
trectationis veneno suffusam (invitus dico, sed fateri necesse est,
rarum decus hodie apud ingenio validos) quum semper agnoverint
et praedicarint familiares, nunc utique hoc argumento, velut igni,

spectatam iudicant omnes, quando, ut primum facultas fuit, non te beatum censuisti, nisi multos et emendatissimos hominum per te beatos videres. Nullum enim certius boni symbolum, quam gaudere communicari, et se fruendum spargere. etiam *vestis bona quaerit haberi.* Neque imputas quidquam, aut astute cogitas, aut omnino studes tibi, sed cui rei, sub magno illo et incomparabili gazae regiae custode atque arbitro, quasi secundus auctor fuisti, eam fideliter agis iussus, et dispensas liberalitatem domini scientis ac rationes accipientis: cui et soli referri acceptum praecipis: atque in summa unum quaeris, ut Christianissimae Maiestatis, convenientissimus tanto fastigio et compar omnibus eius heroicis coelestibusque virtutibus, studiorum amor et Galliae florentis imago ingenti exemplo per populos et nationes effulgeat, hoc est, Regi servis et Patriae. Nam ne hoc quidem inficiabor, id ipsum, quod facio, ingeri tibi repugnanti, et severe te, ne fieret, prohibuisse, atque hoc solum esse, in quo me contumacem et inobsequentem queas experiri. Quanquam in tam lecta cohorte tuorum, quota pars ego sum, ut meum quoque, forte insulsum, officium feras? ut et huic homini suffragationem tantam te praestitisse ne pigeat? ut non desinere me curarum, quae mihi tessera ad amicitiam tuam fuere, suspensa tabula admoneare? Quod si quid haec tenuitas amplius hoc efficere posset tibi, voluntas haud tergiversaretur: sed et in illo, quamvis ex sententia cessisset inprimis, quae animi nobilitas est tui, non ita pre-
770 tium rei te, ut voluntas offerentis, teneret: igitur in hoc quoque, si eam, ut est, egregiam et prolixam interpretabere, nihil aberit. Denique auctoris, quem et in quo studiosos adiutum ire voluimus, ea est praestantia, id momentum in censu veterum literarum, ut quodcunque vel minimum ei commodatur, id fructum ferre invenienti et non contemnendum esse videatur. Vale Vir nunquam satis laudate, et qui Pylios senes, ut sanctitate et prudentia, sic annis aeques dignissime.

Lugduni in Batavis a. d. IV. Idus Septembres
A. C. CIϽIϽCLXVIII.

NOTAE
AD LIBR. VII.

[Primus numerus denotat librum, secundus caput, tertius segmentum, quartus paragraphum edit. Sillig. — Quae uncis inclusa sunt nova accesserunt.]

Cap. XXXVI. [36, 121] *A ianitore semper excussa ne quid inferret cibi*] Pro *excussa* Gud. Men. Acad. *curante*: ut et Mss. ad marginem, et tres quos vidit Salmasius: unde ille modo elicit *exquirente*, modo ipsum *curante* retinet, modo tentat *excussa ante*. Pintiani Toletanus, *excutiente*. Non video hic appellari Chifletianum: quod si argumentum est firmari ab eo *τὸ excussa*, facile praegravat omnes alios cum suo *curante*. Sic Asinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. famil. 31 [4]: *Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur a Lepido tabellarii.* Spartianus in Septimio [6. p. 598]: *armatumque, circumstantibus armatis, salutarunt excussi, ne quid ferri haberent.* Sin et ipse sic habet, nihil verosimilius quam *scrutante* scripsisse Plinium. Ut *scrutatores* in officiis principum apud Iustinum lib. 38, 1. et Suetonium Claudio 35. Vespasiano 12. [Ex *Miscellan.* p. 846. ed. Hackianae huc traximus, ut ordinem locorum Plinii servaremus.]

Cap. XXXIX. [40, 129] *Quem Nero H-S. CXX. M. manumisit*] Sic reddiderunt, quum in Mss. et edit. antiquis esset *III CXXX*, vel *in CXXX*. Repone, inquit Salmasius ad Solin. p. 41., *quem Nero II S. CXXX. manumisit.* hoc est sestertiis centum triginta. Modicam tamen hanc summam intelligit ipse, si cum caeteris eius capitis comparetur: eoque forte scripsisse auctorem: *sestertiis CCCC*: sed dispensatorem illum tantum fuisse, nullo artificio commendabilem. Quasi non omni artificio par et maius in servo fuerit fide ac peritia omnem rem ac statum domini tuendi et locupletandi praeditum esse. Atqui *ex tota familia probatissimos* dicit Suetonius in Nerone dispensatores et amanuenses. Sed et si servus suffragationem ad dispensationem Caesaris decies sestertio emit, quanti Caesar ad luxum pecunia indigus libertatem servo, qui multos annos dispensator fuit, vendere debuit? Is est, de quo Suetonius Othone cap. 5. Mihi prorsus non tam liberare servum voluisse videtur Nero quam spongiam humentem exprimere. Itaque nihil promptius, quam ut notas illas explicemus: *quem Nero sestertio centies tricies manumisit.* hoc est, trecentis viginti quinque millibus Philippûm. Et iam commonstraverat illam viam Budaeus: etsi librum veterem

secutus, in quo esset *III CXX*, *sestert. centies vicies*, interpretatus sit. Et profecto grandem summam requirit, quod sequitur: *Sed hoc pretium belli, non hominis, fuit; tam hercle, quam libidinis, non formae, Paezontem e spadonibus Seiani, sestertia quingenta, mercante C. Lutorio Prisco.* Ita enim legendum, cum sit in membranis: *III D. mercante a Sutorio P.* Quemadmodum, ait, quingenta sestertia, vel quingenta millia nummum, C. Lutorio Prisco tanti mercante Paezontem, fuerunt pretium libidinis qua furebat emptor, non formae qua decebat puer. Quingenta sestertia intelligi vidit et Salmasius. *Seiani* autem intelligo confiscati: quemadmodum et *luctum civitatis* interpretor, cum is punitus traxit, quicumque Tusco favissent. Is erat annus urbis conditae DCCLXXXV. Coss. Memmio Regulo, Fulcinio Trione, qui Tiberio et Seiano in parte anni erant suffecti. Quare accipio quidem *Lutorio Prisco*: sed hic non est is, quem Tacitus in tertio annalium carnifici subiectum scribit, quod carmen ἐπιτάφιον Druso aegro composuisset, et sic mortem eius ominatus esset. Id enim accidit a. U. C. DCCLXXIII. Coss. Tiberio et Druso. Gentilem eius quocumque gradu fuisse credibile est. Hermolaus, *libidinis, non fortunae*; quare, non assequor. Idem, *a Sutorio Prisco*, ut Seianum videlicet ab hoc Sutorio, sive Sertorio mercatum intelligas. Sed obstat, quod dixi de luctu civitatis: et Seianus sane ad tempus multo maiores iniurias lucrifecit. [Ex *Miscellan.* p. 847.]

AD LIBR. VIII.

Cap. I. init. de Elephantis: *Intellectus illis sermonis patrii, et imperiorum obedientia, officiorumque, quae didicere, memoria*] Quid quaeso dici potest expressius et elegantius? Est illis *imperiorum obedientia*, obsequium in rebus imperatis: legitima patiuntur imperia: accipiunt iussa et exsequuntur. Sive *obedientiae* malis cum Chifletiano, a quo non facile recedendum: est illis *imperiorum obedientiae memoria*, meminerunt iussa et illis obsequi, meminerunt obedire imperiis. Dein, est eisdem *officiorum, quae didicere, memoria*, id est, operarum, laborum, ministeriorum: quae agere, praestare consueverunt, qua in re inservire hominibus semel edocti sunt, pulchre callent. Tamen haec displicent Salmasio. *Imperiorum obedientia*, inquit, vix est Latinum, nedum Plinianum. Ego vero qui magis id efferam Latine, non invenio. At veteres libri, qui sanioris scripturae retinentissimi sunt, *in priorum obedientia*. Quid ergo ex *in priorum* mitius et minore cum violentia fingi potest quam *imperiorum*? Et tamen in manuscriptis suis sic lectum testis Gelenius. Commodius Salmasio: *in priorum obedientia officii, eorum, quae didicere memoria.* et explicat illis esse intellectum *officii in obedientia priorum.* quod sit, minores obedientiam praestare aetate prioribus. Quid potest esse distortius? Posse et legi ait *officium*: et hanc pulcherrimam emendationem vocat ad Solin. p. 305. Iudicet lector.

Cap. XVI. [19, 50] de Leone: *Spernens tela diu se solo terrore tuetur, ac velut cogi testatur*] Salmasio ad Solinum p. 326. non magna in eo generositas videtur, quod cogi potest; multo minor, quod *cogi se testatur.* praeterea *cogi* absolute positum in ea significatione, quae ibi desideratur, vix Latine reperiri. natam autem sibi emendationem ex ipso ductu literarum: *ac velut cogitat statum.* Miror, quid tandem ei Latinum sit. *Velut cogi testatur*, est, parvula mora velut antestatur

(nam ad eum morem vim facturorum iuris causa omnino alludit), quasi testes facit praesentes se ad vim inferendam contumeliis non ferendis invitum adigi; non temere, non quasi promptum ad iniurias prosilire. Quod etiam generosissimorum hominum et populorum est in bellis suscipiendis aut propulsanda invadentium lascivia et temeritate. Ovidius lib. 2. metamorph. [306]:

At pater omnipotens superos testatus et ipsum,
Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
Interitura gravi.

Quid hoc aliud quam *testatus se cogi*? Apud eundem lib. 5 [667] Musa:

quoniam, dixit, certamine vobis
Supplicium meruisse parum est, maledictaque culpae
Additis, et non est patientia libera nobis;
Ibimus in poenas, et, qua vocat ira, sequemur.

Testatur se cogi, id est, testatur non esse sibi patientiam liberam. Nec vero eidem Salmasio aut Pintiano accedimus pro nec sano nec Pliniano delentibus, quae sequuntur: *cooriturque non tanquam vi coactus, sed tanquam amentiae iratus.* Sunt enim et haec magnifica pariter et elegantia: tandem impetum facit, non ut metuens sibi, sed ut succensens stulticiae lacessentium. Quid aliud apud Statium Iupiter l. X. [vs. 907] Thebaidos in Capaneo:

ipse furentem
Risit, et incussa sanctarum mole comarum,
Quaenam spes hominum tumidae post praelia Phlegrae?
Tune etiam feriendus? ait.

Par exemplum Neriades ille apud Samuelem lib. 2, 2. Sed in Mss. est *cogiturque*, et *amentia*. Recte igitur sic, ut editur, restitutum est, nec potest quidquam propius vestigia veterum librorum reperiri. [Ex *Miscell.* p. 847.]

AD LIBR. X.

Cap. XXII. [potius: XXXIII, 33, 69] *Simulque comitialem propter morbum despui suetum*] Pintianus e Toletano, *suetae.* Suspicor insiticium esse *τὸ comitialem*, et cum explicandi causa suprascriptum esset ab interprete, librario erranti admissum. Plinii fuit: *simulque propter morbum despui suetum, quem sola animalium sentiunt praeter hominem.* Morbus *despui suetus* est comitialis. Plautus Captiv. 3, 4 [vs. 18]: *Et illic isti, qui sputatur, morbus interdum venit.* [Ex *Miscellan.* p. 848.]

AD LIBR. XI.

[Quae sequuntur ipsius, ut videtur, *Gronovii* errore in edit. Hack. ad libr. IX. relata sunt; praeposita enim sunt iis quae modo exhibuimus ex libro X. emendata.]

Cap. XI. [12, 29] *Et melle uno alterove ad summum die cellas replent*] Sic iam editum video Lutetiae 1514. Neque aliter Manutius Venetiis 1559. At Io. Andreas dederat: *uno alterove summum die.* Et sic scripti, verumque ac Latinum est. Vide ad Livium 21, 35. [Ex *Miscellan.* p. 848.]

AD LIBR. XII.

Cap. IV. [8, 18] *Qui Padum amnem vidisset, neminem ad id tempus Asiae Graeciaeque aut sibi cognitum*] Verba sunt Herodoti l. 3 [115]: *Οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἠριδανὸν καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδόντα ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς Βορέαν ἄνεμον.* Et mox: *οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου.* Tamen turbat lectorem nonnemo velut scripta lectione oblata: *qui Padum amnem non vidisset*, tum coniiciendo, *nemini.* Quid est autem, *nemini cognitum, qui Padum amnem non vidisset?* Itane omnes undique currebant ad videndum Padum? Sed nec recte illum adnotasse suspicor veterem lectionem. nam Vossiani duo, Gud. et Acad. *qui Padum non vidisset.* Ex quo merito eruditi fecere: *qui Padum amnem vidisset.* [Ex *Miscell.* p. 848.]

Cap. VI. [12, 24] *Est et alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta*] Censeo scripsisse Plinium *valetudine infesto*, hoc est, morbo, ut passim ea voce optimi quique utuntur. Infestum est id pomum eo, quod interaneorum valetudinem vel dolores gignat. [Ex *Miscell.* p. 848.]

AD LIBR. XIII.

[Sequentia typographi errore apud *Gronov.* ad libr. XII. relata sunt.]

Cap. XV. [29, 92] *Venumdatae sunt et duae Iuba rege vendente*] Salmasius ad Tertulliani Pallium p. 405. *a Iuba rege vendente*: sed scriptos habere, *a Iuba rege pendentes*; et sane non ipsum regem Iubam eas vendidisse; sed cum post mortem Iubae bona eius sub hasta venderentur, duas illas mensas cum reliquis bonis sub titulo pependisse: licere etiam legere, *a Iuba rege pendente*, ut ipse sub titulo pependerit. Proxime scopum iaculatus est. Scribendum enim: *venumdatae sunt et duae Iuba rege pendente.* Intelligo Ptolemaeum Iubam, quem consanguineum suum Caius interfecit et bona eius corripuit. Suetonius 26 et 27. *Ptolemaeus Iuba*, qui revera *Ptolemaeus Iubae*, ut *Aiax Oileus, Herodes Atticus*, de quo ad Senecae Medeam. *Pendere* dicitur eleganter, cuius bona proscripta sunt et sub titulo pendent: ut dicitur *confiscari*, cuius rem fiscus aufert. *Iuba pendente*, cum bonorum Iubae proscriptio et auctio fieret. Suetonius Claudio cap. 9. *ad eas rei familiaris angustias decidit, ut, cum obligatam aerario fidem liberare non posset, in vacuum lege praediatoria venalis pependerit sub edicto praefectorum.* Quem locum optime contra Casaubonum et Torrentium interpretatur *ὁ πάνυ* de modo usurar. p. 739. Sed et *venalem pependisse* quid esset, recte vidit Lipsius ad Senecae Beneficia 4, 12. Illud, *in vacuum*, sic positum observavimus apud Lactantium ad Thebaidos Statii librum 6. vers. 790. *Rapiunt conamina venti*] *Excipiunt sive frustrantur. id est, in vacuum minarum eius impetus perierunt.* Item apud Tertullianum adversus Marcionem lib. 4, 16. *in vacuum patientiam praecepit, non exhibens mihi mercedem praecepti.* Significat eam proscriptionem contumeliosam potius quam damnosam fuisse Claudio. [Ex *Miscell.* p. 848.]

AD LIBR. XIV.

Cap. IV. [5, 51] *Cucurritque non nemo ad spectandas uvarum in his vineis strues*] Omnes fere, qui admovere Plinio manus, hunc ad locum vel restituendum vel illustrandum aliquid contulerunt, Hermolaus, Rhenanus, Gelenius, Pintianus, Dalecampius, et super hos in quinto de Asse Budaeus. Quo magis miror non fuisse, qui moneret scribendum: *Cucurritque nemo non.* Nam, *non nemo*, quid nisi *aliquis*? quid autem hic, *cucurrit aliquis*? Immo certatim cucurrerunt undecumque. Et hoc, *cucurritque nemo non.* [Ex *Miscell.* p. 848.]

Ib. *Annaeo Seneca, principe tum eruditionis ac potentiae, quae postremo nimia fuit super ipsum*] Rhenanus cum applausu Steph. Aquaei, *quae postremo nimia superfuit ipsi.* Pintianus totum hoc elogium non redolere Plinium et ei falso attribui existimat. Dalecampius interpretatur, in eius calamitatem et exitium, credo cogitans illud, *Philistiim super te, Samson.* Si verum vis, scribe: *quae postremo nimia ruit super ipsum.* Curtius lib. 7 [4, 12, apud *Zumpt.* VII, 16, 12. p. 308]: *Magnum onus sustines capite, regium insigne. hoc aut moderate ferendum est, aut, quod abominor, in te ruet.* [Ex *Miscell.* p. 848 seq.]

AD LIBR. XV.

Cap. XXX. [39, 129] de Lauro: *Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc, quae vulgatissima est baccarumque fertilissima*] De eadem lib. 17, 10 [11, 60]: *Laurus plurimis modis seritur. Genera eius diximus. Ex his augusta et baccalis et tinus simili modo seruntur.* Nempe *baccalis* et *baccalia* idem, ut *hortensis* et *hortensia.* Caeterum et suspicabar aliquando Ovidium scripsisse lib. 15. Metam. vers. 590. *ante tamen baccali cornua lauro Velat.* Etsi *pacali* suam habeat Venerem. [Ex *Miscell.* p. 849.]

Ibidem. *Liviae Drusillae, quae postea Augusta matrimonii nomen accepit*] Vertranius ad Taciti Annalium 1, 8. corrigit *mariti.* Forte: *quae postea Augustae matrimonio nomen accepit.* [Ex *Miscell.* p. 849.]

AD LIBR. XVI.

Cap. XXXIII. [60, 141] *Quanquam Cato Tarentinam eam appellat*] Hunc locum pro plus vice simplici vitiato tractat Salmasius ad Solin. pag. 173. Et primo scribit: *quum Cato Tarentinam eam appellet.* Si poscunt optimi, facile patior, etsi minimum aut nihil referat. Acad. Gud. Vossiani plane ut vulgati. Mox: *Sed in Tarento quocumque in loco terram moverit quispiam, si naturalis haec, gignitur protinusque emigrat: in illa vero etiam non appellato solo e sponso.* Hoc maioris est abollae. nam *in Tarento* de mera coniectura subiicit, pro quo codices *in Creta.* ut et *in illa*, pro *illa.* quasi Plinius inter se comparet Cretam et Tarentum: cum ille nihil hic de Tarento, sed cupressum marem et cupressum foeminam in Creta nascentes inter sese contendat et committat. Quare autem diceret *in Tarento*? *Tarenti* potius aut *in Tarentino* dixisset. nisi forte, ut *Argos*, *Sparta*, *Troia* pro regione circa urbes illas interdum, ita et *Tarentum* pro regione usurpatur. Tum quam durum illud et male praecisum, *si naturalis*

haec, etiamsi boni sensus foret! Sed exit ille prorsus ridiculus: *Si* propria et *naturalis* haec ei terra fuerit. Nam sub hac exceptione, cur potius Tarenti, quam usquam gentium, ubi provenire potest? Denique quis sic usus voce *naturalis*? Unicum exemplum adfert e Solino de corallio, *naturalibus saxis derogatis*: sed quod ipse creavit, et, ut reor, male: praeferendum enim ex aliis codd. *ubi in supera attolluntur, genuinis natalibus derogatis, lapides fiunt.* Corallio *genuini natales derogantur* et quasi eiurantur, quum virgeum vel vimineum corpus amittit. Hunc autem ad Solini locum advocat aliud eiusdem fidei de foetu uteri: *Quod si naturalis materia haeserit, decimus a conceptu dies dolore gravidas admonebit.* Ipse in unius cod. margine ait lectum *natalis*, sed id interpretatur ἐκ προεκδόσεως. Equidem horum alterum si sit omnino eligendum, longe potius putem τὸ *natalis.* Sed videtur et hoc doctus lector coniecisse, Solinus autem scripsisse: *Quod si naturalibus materia haeserit*: et *naturalia* intellexisse, quae vocavit *penetralia materna.* Macrobius lib. 1. in Somnium cap. 6 [63. p. 50. edit. Ian.]: *Hoc tamen praetereundum non est, quia semen, quod post iactum sui intra horas septem non fuerit in effusionem relapsum, haesisse in vitam pronuntiatur. Verum semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur, ut die septimo folliculum genuinum circumdet humori.* Resumo Plinium, quem non nego hic medica manu egere. Non enim Mss. *nisi seratur alia*, sed *nisi in naturali haec.* Scribimus: *Sed in Creta quocunque in loco terram moverit quispiam, quasi vi naturali, haec gignitur protinusque emergit.* Sive mavis, *emicat.* Nam *emigrat*, quod non modo in scriptis, sed etiam apud Io. Andream invenio, tolerarem, si Latina ferret oratio. Sed *emigrare* discedere atque abire esse scio; non existere aut sese proferre, et id, quod cum omnes, tum saepe Plinius dicit *emicare.* Sed et *emergere* lib. 19, 5 [26, 83]: *Nam qui extra terram emersit, durus fit atque fungosus. Movere humum* placuit et alteri Plinio lib. 1. ep. 18. [potius II, 17, 25]: *quocumque loco moveris humum, obvius et paratus humor occurrit.* Quum lego, *haec gignitur*, intelligo, altera cupressus. Dixerat enim: *Duo genera earum.* Ita et mox: *Illa vero etiam* (nempe cupressus altera species gignitur emergitque) *non appellato solo ac sponte.* Sic prorsus Acad. Gudian. Vossiani. *Appellato*, est, moto, fossionibus sollicitato; admodum scite: at inscite Dalecampius, *aperto*, corrigit. Quid autem, per fidem, hic *non appellato e sponso*? Id est, inquit, in solo minime naturali, quod ex sponso non possit appellari. Agnosco ingenium: sed κακοζηλία intolerabilis. Nec patitur sensus, ut liquet ex superioribus. Multo minus ferendus Ulitius noster, quum ad Gratium tentat: *illa vero etiam non appellata solo desponso*, quasi *desponsus* Latine sit idem quod *desperatus.* [Ex *Miscell.* p. 849 seq.]

AD LIBR. XIX.

Praefat. *Audax vita, scelerum plena! aliquid seri, ut ventos procellasque recipiat, et parum esse fluctibus solis vehi!*] Salmasius ad Solinum p. 260. tradit in optimis libris scriptum esse *plenum*, item *procellas ut capiat.* omnino igitur emendandum: *Audax id, at scelerum plenum aliquid seri ut ventos, procellas ut capiat, nec parum esse et fluctibus solis vehi.* Infelicissime, mea quidem sententia. Sane Gud. Vossiani duo, Acad. prorsus ut vulgati. Sed fuerit melior, in quo

plenum, an mirum est id fieri ex *plena*, quum vetustissimus minutae scripturae character vocales *A* et *U* tam similes reddat? An propterea demendum Plinio *Audax vita*, qui centies *vitam* pro seculo, pro hominibus, usurpet, nihil ut sit ei familiarius? *Audax vita*, etc. id est, homines improbi ac temerarii, audax Iapeti genus, quid non estis moliti? quae non scelera edidistis? *Audax vita* est, quod dicit lib. 21, 10 [31, 56]: *Quid non tentavere homines?* Iam *aliquid seri* dicitur abrupte, intellectu τῶν *quae commenta es*, vel *itane commenta es*, vel *Annon monstrum est?* ut multa talia per infinitivos, de qualibus Observ. 2, 14. Pro tam acribus et vehementibus subiiciantur nobis illa scilicet iacentia soporisque et inertiae plena: *Audax id, at scelerum plenum aliquid seri.* Iam si meliores, *ut capiat*, fuit utique, *ut ventos procellasve capiat*, quemadmodum Pintianus. Sed, ut dixi, quatuor, quas ante oculos habemus, membranae, *ut ventos procellasque recipiat.* Quid est autem, *nec parum esse et fluctibus solis vehi?* Nam, ut hoc minime, ita alterum (quod quia per causam scripti convelli non potuit, sola libidine mutatur) planissime assequor: Et parum mali aut periculi putari, quod incerta fluctuum naves iactent: et quasi parum discriminis sit aditum, cum coepit fluctibus committi navis, ultro comparari, per quod magis sit in potestate ventorum ac procellarum. Si τὸ *nec* admittimus, dicendum erit, *nec satis esse.* Sequitur ibidem: *super eas tamen addi velorum alia vela, praeterque in proris et alia in puppibus pandi.* Sic Mss. Vulgo, *praeterque alia in proris.* Salmasius corrigit: *praeter quae in proris*, oblitus hoc *praeterque* Plinio in deliciis esse: quum ipse id notaverit ad Tertullianum de Pallio p. 140. in verbis, quae exstant lib. 9, 39 [64, 138]: *In conchyliata veste caetera eadem sine buccino. praeterque ius temperatur aqua. Praeterque in proris et alia in puppibus*, est, et praeterquam in proris etiam alia in puppibus vela pandi. Vid. ad 33. ult. [Ex *Miscell.* p. 850.]

AD LIBR. XX.

Cap. XVII. [73, 189] *Cum apio olfactus sternutamenta inhibet*] Quamquam omnis huius coepti fiducia secundum τὸν δωτῆρα ἑάων nobis sit archetypa Vossiana: non sprevimus tamen adhibere, quas potuimus, et secundi loci membranas, velut Vossianas binas (distinguendi ergo ab dominis, quos antehac alter in fine, alter in principio habuisse se testantur, Andegavenses et Menapias appellabimus), quartas Academiae, quintas eruditissimi et ingeniosissimi Marquardi Gudii nostri [de his codd. vide quae *Sillig.* habet in praefat. p. XXXII.]: non illas quidem aetatis eiusdem et fidei, interim utiles; quippe quae neque repente a vetustissima scriptura omni, sed pedetentim et per gradus cumque aliquo pudore abscessum, et si non plano testimonio, vestigiis quibusdam, veritatem aut eius revocandae propiores vias, demonstrarent. Hic igitur et Voss. et Academicus, *sternumenta.* Neque hic modo, sed etiam lib. 21, 13 [44, 75] *odor alienus sternumenta protinus movens.* et cap. 22 [93, 163] *movet et aridum sternumenta.* lib. 23, 1 [27, 54] *singultus cohibet, sternumenta olfactu.* lib. 24, 7 [23, 38] *destillationibus et sternumentis e pituita.* Sic enim Vossianus. E Chiflet. notarunt *sternutamentis e pituita.* Acad. noster: *sternumenta pituitas.* Plato in Timaeo [p. 85. B. Vol. VII. p. 342. Stallb.]: Φλέγμα ὀξὺ καὶ ἁλμυ-

Pag. 771 edit. Hack.

ῥὸν πηγὴ πάντων νοσημάτων, ὅσα γίγνεται καταῤῥοϊκά. lib. 25, 5 [21, 52]: *Farina eorum per se et mista radiculae, qua lanas diximus lavari, sternumentum facit.* ibidem [23, 56] *quod celerrime movet sternumenta*: et, *singultus infinitos aut sternumenta.* Hic adponunt et e Chifletiano. cap. 11 [86, 135]: *Fit et ex callitriche sternumentum.* cap. 13 [109, 173]: *Eadem sicca concisa sternumentum est.* Hic quoque e Chifl. annotant. lib. 27, 13 [111, 138] *sternumenta quoque gustatu movet.* lib. 28, 6 [15, 57] *sternumenta pinna gravedinem emendant.* lib. 32, 3 [13, 28] *sternumenta olfactu movent.* Sic omnibus his locis Vossianus: nonnunquam et alii. Idem in suis observasse Cl. Salmasium apparet ex illis, quae scribit ad Solinum p. 29.

[73, 190] *Prodest eius et capitis*] *Τὸ eius* non est in optimo: et sine iniuria sententiae tollatur.

[73, 191] *Tritum cum menta e vino, radicem ad renes*] Sigism. Gelenius est auctor τοῦ *e vino*: nam vett. edd. *cum menta verum et radicem ad renes.* Ms. bibliothecae publicae, Gudianus, Menapius: *cum menta verum radicem et ad renes.* Vossianus Andeg. *cum mente uenor radicem et ad*: sed potior, *cum mentae uenor radicem et ad renes.* Nimirum scribendum est: *Semen hydropicis et coeliacis dedit tritum cum menta Euenor, radicem et ad renes.* Habes nomen idem et lib. 21, 31 [105, 180] *laudatum vero a Diocle et Euenore, a Timaristo etiam carmine.* Et reposcit id Plinius paullo superius hoc ipso XVI. [potius XVII.] capite: *Epiphoris oculorum e vino radicem eius tusam imponit Iollas; ipsum cum croco.* Hic quoque Gelenius addidit *e vino*, quo carebant priores editiones. Margo monet in Ms. fuisse *euenor radicem.* Vossiani tres et Academicus, *oculorum euenenor radicem.* Gudianus, *eueneor radicem.* Et manus quidem secunda in meliore tentavit *et venena*: sed vera lectio est: *Epiphoris oculorum Euenor radicem eius tusam imponit; Iollas ipsum cum croco, pari modo, et vino* etc. Haec scripseram confisus Dalecampianae, et ratus, quicquid esset in superioribus boni, id eam, ut decebat, adoptasse. Dein didici Iacobum Cadomensem nimio minus quam diligenter usum observationibus magni Pintiani: in quibus complura inveniebam praeflorata, quae nunc primum me proditurum speraveram. Iamque adversus ea omnia spongiam parabam: neque enim solemus actum agere: dein praestare visum relinqui, ut erant, nostra; ita tamen, ut, quae ille praeceperat, auctori suo redderentur, adiuta codicis huius auctoritate, quando illius, quae debuerat, ratio habita non erat. Accedit, cum fere verbo tantum iaciat, *sic legendum*, aut *melius esse*, ut non sit obvium, nedum cuivis, quid viderit, quid secutus sit, quamobrem aliud atque aliud praeferat, divinare,
772 atque ideo explicatius eadem tradi haudquaquam sit aspernandum. Ex unionibus igitur illis, quos Pintianus ante seculum, et quod excurrit, quasi avibus cortis obiecit, est utroque loco medici nomen.

Cap. XVIII. [76, 198] *Sed sativi albi calix ipse teritur et e vino*] Rursum *τὰ e vino* interposuit Gelenius. Vossiani duo *teritur et vino bibitur.* Idque sufficere censeo. Sed praestantior etiam *et sativis*, ut et *sativi ita diximus*, quod e Chifletiano quoque notatum. Emenda: *Papaveris sativi tria diximus genera, et sponte nascentis alia promisimus. E sativis albi calix ipse teritur et vino bibitur somni causa.* Locus quem respicit est lib. 19, 8 [53, 167]: *Papaveris sativi tria genera: candidum, cuius semen* etc. Et mox [53, 169]: *De reliquis generibus*

papaveris sponte nascentis dicemus in medicinae loco. Similiter peccatum lib. 21, 6 [14, 27]. Partem horum, nempe utrobique legendum *e sativis*, odoratus est et Pintianus.

[Ib.] *Cum defloreſcit, hora diei sereni*] Pintianus e veteri exemplari: *hora sereni diei:* quod etsi leve est, non fastidiendum tamen, quia et sic duo Vossiani. Sed alter horum etiam utilior. Quae namque illa *hora sereni diei?* circa meridiem, inquit Dalecampius. Immo multo citius. Sic enim membranae egregiae: *hora sereni diei tertia, hoc est, cum ros exaruerit.* Nimirum cum fere πλήθουσα est ἀγορά, et, ut canit Martialis [Epigr. 4, 8, 2],

Exercet raucos tertia causidicos.

Sextam autem meridiem intelligimus. Columella 11, 2 [Vol. II. p. 506. Schneid.]: *pruinis et gelicidiis nocturnis adhuc rigentes materiae ferrum reformidant. itaque dum hae regelare sinuntur* [*regelatae siccantur* apud Schneid.] *usque in horam secundam vel tertiam, poterunt vepres attenuari.* Et ibidem [§ 55. Vol. II. p. 518. Schn.]: *quascumque vineas culturi sumus, ne per aestum, sed mane usque in tertiam, et a decima usque in crepusculum fodiamus.*

[76, 199] *Mortifera per somnum. opion vocant*] Voss. duo et Gud. *per somnum sopion vocant:* ut et Acad. nisi quod *sopio.* Scribendum ex optimo: *mortifera per somnos. opium vocant.*

[Ib.] *Cum valetudo impatibilis odium vitae*] Omnes, *impetibilis.* Neque hic modo, sed etiam cap. 20 [81, 215] *propter impetibiles uvae morbos.* Et lib. 25, 5 [24, 59]: *ne nubilo die detur, impetibiles quippe cruciatus existunt.* Notavit et in suis Ferdinandus Nonius Pintianus, ab *impetu* videlicet (inquit), non a *patior.* A quo haud scio an acceperit, sed tamen quum Apuleius in Apologia [p. 328, 10. Elm.] dixisset, *sceleri adversus parentem nefando, immani, impetibili:* miram hac notione vocem eam pronuntiavit Is. Casaubonus, quam legerent plures intelligentibus: proprie enim *impetibile* esse id, quod petitioni obnoxium est, quod facile potest impeti. sic Solinum de chamaeleonte [cap. 40]: *Impetibilis est coraci, a quo cum interfectus est, victorem suum perimit.* nec, nisi fallat memoria, esse antiquiorem Solino, qui eam vocem usurparit. postea coepisse accipi de re turpi et reprehensioni obnoxia, ut apud Apuleium et Symmachum lib. 9. epist. 103. in alia omnia ire Glossarium: *Impetibile*, ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον, quasi praepositio haberet vim negandi, neque absurde. sed non ita se usurpatum legisse. Sic ille: nec potuit vir tantus labi, quin multis lubricum relinqueret. Neque ego Fr. Iuretum moror, qui, quod Glossae *Impetibile, improbum, saevum* habent, reddit *scaevum:* non Scip. Gentilem, cui *impetibile* ab impetendo, quasi petitioni et reprehensioni obnoxium: non Gev. Elmenhorstium, cui *impetibilis* impurus: non Io. Pricaeum, qui, ut aliquid novi addat, pro impetuoso dictum censet, translatione, ut ait, nimis obvia, quae sceleribus violentiam tribuat. Ipse Salmasius pag. 876. Solinianum, *impetibilis est coraci,* in eodem ludo edoctus explicat, a corace impeti solet, obnoxius est impetitioni corvi. Tum, Alias *impetibile*, inquit, Latini usurpant etiam agentis significatione, pro eo, quod impetere solet, non quod impetitur. huc Plinii duo refert et Apuleii loca. Deinde, Sane recentiores Latini pro re mala et inhonesta factu et nefanda eam vocem posuerunt: id probat ex Symmacho. Tandem, Quicquid malum esset et odiosum

et intolerabile (*Βάλλ' οὕτως*) sic vocarunt: nam *impetibile*, quod impetit, vel
773 cum impetu venit; non tantum quod impetitur. Qui labor? quantus aestus? et tamen aliud agebat, cum haec scriberet, ut et caeteri. *Impetibile*, o principes studiorum, nihil est aliud quam *impatibile*, et pro hoc illud receptum est, ut *compecto* et *depectus* a *pacto*, *imperco* et *compercunt* a *parco*, *confessus* a *fassus*, *conspergo* a *spargo*, *dispissis manibus* a *passis*, *defetiscor* a *fatisco*. Una autem eius significatio antiquissimis, mediis, recentissimis, non ferendum, nimium, intolerandum, sive ob dolorem, sive ob inimicitiam aut dissidentiam, sive ob turpitudinem, crudelitatem, et similia. Iam autem M. Tullius de Finibus lib. 2, 17. [pag. 243. Madv.]: *dolorem, quem vos, quum improbis poenam proponitis, impetibilem facitis; cum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem.* Sic est apud me in bonae fidei membranis, etsi vulgo *impatibilem*. Sed nihil inter haec duo interest, nisi quod aurium fastidia vastiorem in ea voce primam literam, leniorem quintam putaverunt. Pintianus autem hoc etiam loco: *cum ei valetudo*. Nostri hac parte nihil mutant. Sed omnis locus ita concipiendus: *Sic scimus interemptum P. Licinii Caecinae praetorii viri patrem in Hispania Bilbili, cui valetudo impetibilis odium vitae fecisset.*

[76, 201] *Quas vocant lexipyretas*] Voss. *lexipyretius*. Voluit, quod vidit Pintianus, *lexipyretus*, Graeca terminatione. Nimirum *ληξιπυρέτους*. Male autem provectus ulterius Pintianus facit, *ἀλεξιπυρέτους*: nam *ἀπὸ τοῦ λήγειν* dicitur. Marcellus de medicam. cap. 16. *Prodest et iis, qui sine horrore circuitu febrium vexantur: quamobrem lexipyretos haec compositio dicitur.*

[76, 202] *Longum ac pusillum et ad omnes effectus valentius*] Proferunt e Chifl. *longa et pusilla et ad omnes effectus valentiora*. Vossianus amplius: *maius rotunda et capita ac silvestri longa et pusillas et ad.* Unde scribas licet: *Sativum omne maius: rotunda ei capita, ut silvestri longa et pusilla, sed ad omnes effectus valentiora.* Sic lib. 21, 6 [17, 31] de croco: *Sativum latius maiusque et nitidius.* Gudianus quoque et Menapius, *maius*. Sed et Pintianus e suo *maius* et *rotunda*. Andegav. *maius rotunda et capita ac silvestri longa aut pusillus et ad omnes effectus valentiora.*

[76, 203] *Experimentum et in aqua, quia nebula*] Voss. *quoniam ut nubecula innatat.* lib. 28, 6 [19, 68]: *Mala et in qua* (urina) *veluti furfures atque nubeculae apparent. Nubecula* et Pintianus.

Cap. XIX. [79, 207] *Speciem passerum praesentantibus*] Tentavit hunc locum *ὁ πάνυ* ad Solinum pag. 1356., ut tamen magnam partem idem dicat, quod priores. nam *τὸ aphrodes ἀντὶ τοῦ aphro* iamdudum ex Dioscoride inculcabant margines: Plinium autem Graeci auctoris *τὸ στρουθίον*, quae herba erat, pro passere accepisse et se suspicatum scribit Dalecampius, et ante utrumque Hermol. Barbarus observavit. Qui, quemadmodum et Salmasius, advocat *repraesentantibus*. Liber optimus et editio Parisiensis anni 1514. *praesentibus*. Unde legendum, *speciem passerum praebentibus*, dictione Liviana: apud quem simile vulnus curavimus lib. 25, 16 [§ 19]. Noster lib. 24, 15 [87, 137] *orbiculato foliorum ambitu, speciem lecti pedum praebenti.* Sic enim et Voss. lib. 20, 9 [39, 98]: *Sed tanta vis est, ut avidius haustum tinctae animae momento aliquo speciem praebeat.*

Cap. XX. [81, 211] *Eadem si procident, prodest foliis*] Voss. unicus: *si procedant oculi, foliis tritis cum corticibus fabae.* sine τῷ *prodest.* Intelligitur ex superioribus, *imponitur.* Sed *procidant* praefero ob *vulvas procidentes*, et *procidentiam alvi*, et *sedem prociduam*: quae alibi apud nostrum reperies.

[83, 219] *Atriplex et silvestre est accusatum a Pythagora*] Ms. Voss. *silvestre et accusatum i Pythagora.* Super τὸ *accusatum* manus etiam antiqua posuit *sativum.* Unde nonnulli codices, *silvestre est et sativum accusatum*, quemadmodum et quatuor alii Mss. et ex Io. Andrea priscae editiones. Sed videtur Plinius fecisse: *Atriplex et silvestre et sativum est. Pythagoras, tanquam faceret hydropicos morbosque regios et pallorem, concoqueretur difficillime, ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquam, nisi languidum, culpavit.*

[83, 220] *Tradiderit Solon Smyrnaeus*] Voss. *in Italia nasci tradiderit id Solo Smyrnaeus.* Ut et sequenti cap. extremo [86, 235]: *Adiecit Solo (ne quid omitta-* 774 *mus) bulapathon radicis tantum altitudine differens et erga dysentericos effectu potum ex vino.* Sic et Chifletianus. Sed ille insuper *pota.* Itaque scribendum: *radicis tantum altitudine differens et erga dysentericos effectu potae ex vino.* Radicis, inquit, altitudine et eiusdem ex vino potae effectu. Gelenius fecerat: *efficaci effectu potu ex vino.* Sic lib. 25, 8 [39, 80] *Themiso*, ut et Chiflet. et Pintiani, qui alias *Themison.* Gudianus et Menap. *nasci tradiderunt id solo et mineus.* Acad. *nasci tradiderunt id solon et mineus.* Andegav. *nasci tradiderit id Solon mirneus.* Altero loco quatuor coniurarunt in *adiecto sale.*

Cap. XXI. [84, 227] *Adspersum genitali foeminarum*] Pro *genitali* habent *curationis* quinque manu exaratae membranae. Numquid, *adspersum cubatibus foeminarum*? lib. 10, 57 [78, 157]: *Medicina in fame, et cubatus in fumo.* Ubi tamen *cubitus* Mss., si malis, *cubitibus.* In contrarium effectum de vitice lib. 24, 9 [38, 59]: *matronae Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes his foliis cubitus sibi sternunt.* Cogitabam etiam aliquando: *lavationibus.* Sic infra, *in solia balinearum additum.* Prima editio Io. Andreae Romae curata a. 1470., cuius usum etiam mihi praebuit egregius Gudius, *cubili*: alia Parisiensis vetus, *cubitali*: pro quo ex Hermolao sumpserunt, opinor, *genitali.*

[85, 233] *In aqua coelesti prodest sanguinem reiicientibus*] Delevit hic τὸ *prodest* Gelenius, ubi retinent Acad. Menap. Gud. transpositum, *sanguinem prodest reiicientibus*; non Vossiani duo: sed nec, ubi reliquit Sigismundus, in fine huius periodi membranae id ullae agnoscunt. Recte, ut puto: modo τὸ *reiicientibus* mutes in *reiicientes.* Ita enim conceperat Plinius: *Dysentericos semen duabus drachmis in vino optime liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua coelesti sanguinem reiicientes, adiecta acacia, lentis magnitudine.* Intelligitur enim ex praecedenti membro *liberat.* Et sic amat saepe Plinius verba lucrifacere. Scripsimus etiam *optime*, pro *potum*: nam et Voss. et Chiflet. *optimum.*

[86, 234] *Radice meliceridas et lepras curant*] Agnosco *meliceridas*, lib. 21, 20 [87, 151]. Psellus *περὶ καινῶν ὀνομάτων τῶν ἐν νοσήμασιν· Μελικηρίς, ἀπόστημα σώματι χλιαρῷ ἐοικός.* Sed hic quatuor scripti: *Radice cherias*, ut erat vulgo ante Hermolaum Barbarum. Princeps liber: *Radici licherias et lepras curant.* Forte *lichenas.* Sic lib. 21, 19 [74, 126]: *Lichenas et lepras et furfures in facie emendant.* lib. 22, 22 [43, 86]: *Urinam ciere praecipue traditur, sanare*

lichenas et lepras ex aceto. ibidem [32, 72]: *Xenocrates et lichenas et psoras radice in aceto decocta tolli dicit.* Ubi Vossianus: *Xenocrates et lichenas, psoras, lepras radice*, etc. Vide lib. 26, 1 [2, 2]. Monuerat et Pintianus.

Cap. XXII. [87, 237] *Item comitialibus tepidum cum succo cucumerum*] Vossiani duo *tepidus*; melior, *comitialibus tedis cum.* Lege, *taediis.* Sic utitur eo vocabulo lib. 23, 1 [16, 22]: *utique ulcerum phagedaenis et gangraenis tibiarumque taediis cum sale illinuntur.* lib. 24, 10 [47, 76]: *Succus hederae taedia narium graveolentiamque emendat.* lib. 26, 1 [3, 3]: *Causticis namque curabatur, ni usque ad ossa corpus exustum esset, rebellante taedio.* Eodem lib. c. 13 [86, 138]: *Taminia quidem in aceto decocta etiam vestes eo taedio liberat.*

[87, 238] *Et si vehementior somnus*] Vox *somnus* non est in optimo conspicua. Ut suspicer eam insertam, postquam vocabulum praecedens sic corruptum edi coepisset; Plinio autem fuisse: *Et si veternus lethargicos premat.*

Cap. XXIII. [98, 261] *E viridi ferula ramusculus*] Herm. Barbarus, *E viridi ferula musculus*, subiicit, tanquam ex Dioscoride, apud quem est ἐντεριώνη: insuper esse codices notat, in quibus *medulla* scribatur, non *musculus* neque *ramusculus.* Vere ille quidem utrumque: quamvis Dioscorides alium effectum ei medullae tribuat, quam hic Plinius. Verba lib. 3, 91. *Τούτου χλωροῦ ὄντος ἡ ἐντεριώνη πινομένη αἱμοπτυϊκοὺς καὶ κοιλιακοὺς ὠφελεῖ.* At Plinii in membranis, Chifletianus, *Et viride merulla vultuis utile est*: quatuor nostri ut fere ex alio notant: *E viridi medulla vultui utile est et ad omnia eius vitia*: Vossianus
775 antiquior: *E viridi medulla vultuis utile est ad omnia ea vitia.* Scribendum censeo: *E viridi medulla vulvis utilis est ad omnia earum vitia.* Nisi etiam *utile* malis retinere, ut *Triste lupus stabulis.*

Cap. XXIV. [100, 264] *Sed discessuri ab hortensibus*] Sic Gelenius, cum legeretur, *ante discessum.* Acad. Gud. Vossiani tres: *hortensis.* Scribendum *hortensiis.* Sic enim solet. lib. 19, 6 [31, 98] *Hortensiis omnibus fere singulae radices.* et cap. 8 [40, 132]: *Beta hortensiorum levissima est.* lib. 21, 15 [50, 86] *batin hortensiam.* Sic enim Voss. Chiflet. Pintiani, ubi vulgo *hortensianam.* lib. 22, 24 [57, 119] *e floribus coronamentisque et hortensiis.* lib. 26, 8 [50, 82] de crethmo: *speciesque est batis hortensiae.* Sic plane Voss. ut et Chiflet., ubi etiam editum *hortensis.*

[Ib.] *Incisam lapide versibus in limine aedis Aesculapii*] Academ. Gud. Men. *in limine dei Aesculapii.* Andegav. *versibus limine dee esculapis*; et super τὸ *limine* notatum, *vel line.* Modestius, quam postea, tentatam veterem scripturam agnoscere licet, quae superat in sanctiore: *versibus et linedea esculapi.* Hinc illud *limine* natum, quod ignoravit Plinius. Forte scribendum: *incisam lapide versibus VI in aede Aesculapii.*

AD LIBR. XXI.

Cap. I. [1, 2] *Sufficiente imagini colorum reddendae, misturarum*] Annotant e Vett. *sufficit.* tum *mixturarumque.* Academ. *reddendo mixturarumque.* Gud. et Voss. duo: *reddendae mixturarumque.* Optimus *sufficienti*, dein, *reddendae et mixturarumque.* Suspicor: *Sed ne pictura quidem sufficiens imagini colorum reddendae est mixturarumque varietati.*

[Ib.] *Sive privatis generum funiculis*] Bis tentavit hunc locum Salmasius ad Solinum: pag. 371. reddit *sive privati generis funiculis*: pag. 1068. *sive pro brevitate generis funiculis*: quod sit in Thuaneo *privati generis*. Nostri quinque *generum*, sed ἀμύμων ille *privati*. Vide an fuerit: *sive alterni atque multiplices inter se nectantur, sive privorum generum fasciculi, in orbem, in obliquum, in ambitum.* Eam enim vocem huic rei aptarunt. Cicero lib. 3 [18, 43] Tuscul.: *fasciculum ad nares admovebis.* Tertullianus [de cor. 5. pag. 529. Oehl.]: *Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehensorum.*

Cap. II. [3, 4] *Atque in primis appellata Stephanoplocos*] Vossiani tres, Acad. Gud. *Stephaneplocos.* Ut et Graecis Στεφανηπλόκος. lib. 35, 11 [40, 125]: *quae e nobilissimis eius tabula appellata Stephaneplocos.* Sic iidem Mss.

[Ib.] *Postquam e lamina aerea tenui*] Optimus, *e lamna.* non enim *lamma*, quod ex corruptis libris adamavit Gifanius. lib. 31, 6 [31, 58]: *Denaria appellatur, cuius lamnae latitudo*, etc. Ubi male codex Pintiani, *lumina.* lib. 33, 5 [30, 94] *Cadmia aeris massis, alumen lamnis.* Eiusdem libri cap. 7 [40, 121] *ferri candentis lamna.* cap. 9 [45, 128] *Lamnas duci et specula fieri.* lib. 34, 8 [20, 94]: *Coronarium tenuetur in lamnas.* cap. 18 [50, 166] *adalligatisque lumborum et renium parti lamnis frigidioribus.* [Sill.: *frigidiore natura.*] Et, *lamna pectori imposita.* Et, *Uritur autem in patinis per lamnas.* Sic omnibus his locis Vossianus.

Cap. III. [5, 7] *Virtutis ergo arguitur*] Vexatissimus locus. Voss. duo, Acad. et Gud. *virtutisve arguitur.* Turnebus 18, 29. Adv. in quibusdam libris ait reperiri, *virtutisve ergo dividitur ei*, in quo literam unam mutat, ut sit *dividitor*: vel coniicit *inditor ei.* Gifanius Lucretiano Indice in *Arlabitur*, *arduitor* seu *ei arductor.* Quod et Lipsio placuit epist. q. 4, 27. Vossianus primus *virtutisue ergo duitur ei.* Sic manus vetustissima. Sed sollicitavit eam posterior et ex *d* fecit *g*, relicta tamen, ut satis appareat, exstante virgula. Itaque scribas censeo: *Qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutis suae ergo duitor ei.* Ut fere Pintianus et Salmasius ad Solin. p. 122., quibus hoc testimonium praebendum erat.

[6, 8] *Appellavit tribunos plebis*] Voss. *plebi.* ut Livius, alii passim. lib. 28, 9 [41, 148] *Drusus tribunus plebei*, Chifl. et Voss. idem.

[9, 13] *De floribus extra supradictos*] Annotant in Chiflet. esse *supradictis.* Vereor ne neglexerint observare ibidem abesse τὸ *extra.* Certe sic Vossianus: 776
de floribus supra dictis. Andeg. *de coronis supradictis*, sed ita, ut super τῷ *coronis* habeat, vel *floribus.* Legendum autem: *De floribus supra dictos scripsit Theophrastus.*

Cap. IV. [10, 21] *Translatione quoque*] Optimus: *tralatione quoque, ut vites, optime ocissimeque provenit.* Idem Chiflet. et Andegav. flagitant.

Cap. V. [11, 24] *In Antiochia et Laodicea Syriae*] Optimus *Laudicea.* Et sic plurimum locutos *Lautumiae* apud Ciceronem, Livium, M. Senecam, *Laudicoeni* apud Plinium, *Laudice* et *Laudamia* apud Iustinum, multaque alia demonstrant. Similiter lib. 23. prooem. 8. *maxime circa Antiochiae et Laudiciae montes*, idem codex.

[13, 26] *Mirumque ita tingi aliquid, ut nascatur infectum*] Optimus ablegat τὸ *ita*: neque huius particulae in oratione illa ullus usus est.

Cap. VI. [14, 27] *Sed sativis maxima*] Lege cum Voss. *appellatae ia, et ab his ianthina vestis. E sativis maxima auctoritas luteis. Genera autem, Tusculana, et quae marina appellatur.* Simile mendum lib. 20, 18 [76, 198].

[15, 28] *Proxima ei caltha est concolori amplitudine*] Quid quaeso amplitudo vel spatium ad colorem, aut color ad amplitudinem? Pro voce ultima notant *similitudine.* Sed alteram retinet egregius codex: quod autem praecedit, pro eo habet: *conculcari.* Fortassis, *et cochleari amplitudine.* Sic lib. 21, 27 [99, 172] *cochleari mensura.* lib. 24, 1 [potius: 11, 58, 96] de alyssi decocta: *Ex ea et melle prodest magnifice ad tussim et orthopnoean cochlearis mensura.* Ita enim ibi legendum ex Ms. Vulgo sine sensu: *Ea et ex melle.*

[17, 31] *Ad scripula usque singula areis decoquentibus*] Hoc quid sit, palam se fatetur nescire ὁ πάνυ. inquinatissima esse tantum scire: neque ignorare quomodo explicent: legendum autem omnino, *ad scripula usque singula areis decoquens*: aut, *ad scripula usque in singulos denarios decoquens*, ad Solin. p. 106. Haec posterior tamen coniectura et explicatio Dalecampii eodem redeunt: nempe tertia parte minus fructuum percipi, quam impensa constiterit; pro tribus, quae impensa sunt, scripula tantum reddi bina. Haec multis confutare possem: sed quaeramus sensum vulgatae, quam integram servant optimae membranae. Primo *areae* quid habent molesti? An non ipse restituit lib. 19, 8 [43, 152], et vere, opinor, *Carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque praecipue, sestertium sena millia e parvis reddere areis*? An non Columella lib. 10 [362] *circum areolas et sepem ducitur horti*? Idem lib. 11, 3 [13]: *Circa Idus Ianuarias humus refossa in areas dividitur: quae tamen sic informandae sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant: ne qui persequuntur* [Schneider: *prosequuntur*] *herbas, semina proculcare cogantur; sed potius per semitas ingrediantur, et alterna vice dimidias areas eruncent.* Iam cur non iuxta eleganter *areolae*, quae male respondent neque reddunt, quod acceperunt, *decoquere* dicuntur, atque ipsum crocum? Multis hoc illustrare possem, si ratio scribendi pateretur. *Decoquere* autem *ad scripulum*, cum Latine loquimur, non est eo usque, ut scripulum consumatur, sed ut scripulum tantummodo supersit: quemadmodum quod medici iubent *decoqui ad tertias*, in eo duae tertiae consumuntur, una manet; non una consumitur, et duae restant. Super omnia, qui quodve *decoquere ad scripulum* dicitur, in eis *scripulum* non consideratur pro tertia parte denarii (qui Dalecampii error est), sed pro quarta et vicesima parte unciae, assis ducentesima octogesima octava. As est *area*, vel totum quod seritur in area. Ea area *decoquit ad singula scripula*, id est, ad quartam et vicesimam partem unciae. Haec Latine, si mens ea Plinio fuit, melius dici non possunt, nec planius. Quod si cui nimium videtur et *scripulum* potius pro tertia parte denarii vel drachmae accipiendum, legerem mitius tractatis verbis et sensu meliore: *ad singula usque scripula denariis decoquentibus.* Quod esset de pondere denarii sato tantum redire scripulum, sive partem tertiam.

Cap. VII. [18, 36] *Quicquid ad meridianas horas diei vergit*] Acad. et m. p. Gudianus cum Menap. *die.* Vossianus optimus cum Andeg. *dies.* Ita tuto lege:
777 et notavit olim e suo codice Gelenius: sed spreverunt. *Quicquid dies vergit*, est dictum, ut apud Livium notavimus, *Quicquid progrediebantur, Quicquid longius*

proferrent arma. Plinius ipse l. 18, 17 [potius: 18, 16, 43, 144] de medica: *quicquid in caule adsurgit, folia contrahuntur.* Quod etiam in superioribus editionibus vexarunt.

[19, 41] *Floret diversi coloris specie*] Vossianus, ut Pintiani codex: *Floret versicoloris.* Lege: *Floret versicolori specie.*

[19, 42] *Nunc e Pamphylia: sed Cilicium maxime laudatur*] Rectius Mss. primicerius: *nunc et Pamphylia.* Dixerat, *optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur.* Significat nunc ne inde quidem desiisse, sed etiam e Pamphylia apportari. Omisit autem praepositionem, ut et ad *Elide.* Deinde idem liber: *sed Cilicum cum maxime laudatur.* Praeclare. Pintianus tentabat: *iampridem enim et nunc fertur e Pamphylia*, commutatis verbis. Nimirum mirabatur ad illud, *e Pamphylia,* subaudiri *fertur*, cum intercessisset *seritur.* Sed quod est de satione, accipiendum per parenthesin interpositum, hoc modo: *Optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur: (iampridem enim et seritur) nunc et Pamphylia,* etc.

Cap. VIII. [22, 45] *Unum in cocco qui in rosis micat*] Misere affectus locus. Acad. *unum in cocco quia rosis micat grativis gratius nihil traditur aspectu qui et in purpuras tyrias diphasque aut laconicas. alium ametiston quod uiola.* Eodem fere modo Menapius. Gud. *unum in cocco quia rosis micat gratius nihil traditur aspectus et in purpuras tyrias diphasque aut laconicas. alium ametiston quod viola.* Vossianus Andegav. *unum in cocco quia rosis micante gratia nihil traditur aspectu,* etc. *aut Laconicas, alium ametistom quod viola.* Sed his codicibus solis nihil commiserim: nec sunt ex illis, qui possunt ope sua censerier. Fideliores ut Pintiani: *quia rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu.* Vossianus hoc amplius: *principales ut rubentem in cocco quia rosis migrante gratia nihil trahit suspectu et in purpuras tyrias dibaphasque ac laconicas. amethistum quae viola et ipse in purpura eum quemque yacinthinum appellavimus.* Haec tutior et vera coniecturis semita. Tentabam autem: *Hos animadverto tres esse principales: ut, rubentem in cocco, qui rosis nigrante gratia* (vel *micante nigritia*) *nihil cedit, suspectus et in purpura Tyria dibaphaque ac Laconica:* (sive mavis *purpuris Tyriis dibaphisque ac Laconicis*) *amethystum, qui violae, et ipse in purpura, eaque quam ianthinam appellavimus: (genera enim tractamus in species multas sese spargentia) tertius est, qui proprie conchylii. intelligitur multis modis.* Illud *rubentem* confirmatur lib. 33, 1 [potius: 23, 1, 14, 19] *uvas rubentes cocci modo. Tò micante nigritia,* vel *nigrante gratia* lib. 9, 36 [60, 126] *nigrantis rosae colore sublucens.* Et cap. 38 [62, 134]: *Rubens color nigrante deterior.* Ibidem: *nimiaeque eius nigritiae dat austeritatem illam nitoremque, qui quaeritur, cocci.* Item: *laus ei summa in colore sanguinis concreti, nigricans aspectu idemque suspectu refulgens.* Ne quid dissimulem, *trahit* codex optimus literis, sed virgula superposita significat τὸ *UR* adiiciendum: sed *nihil cedit* reposcit praecedens verbum *provocavit. Suspectus* autem, non quasi non et aspectu placeat, sed quia suspectu magis intelligitur. Iam probavimus. Sed et lib. 37, 10 [potius: 37, 9, 40, 123]: *quando praecellens debet esse in suspectu velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leviter roseus nitor.* Seneca nat. q. 1, 5. *Sunt etiam quidam colores, qui ex intervallo vim suam ostendunt. Purpura Tyria, quo melior saturiorque est, eo oportet altius teneas, ut fulgorem suum ostendat.* Cum dicit, *eaque quam*

ianthinam appellavimus, subaudio *veste*, ex cap. 6 [14, 27] *ab his ianthina vestis.* Nam *ianthinum* pro *hyacinthium* Merula et Hermolaus viderunt. Sed fortasse meliora nosces ex Pintiano et Salmasio ad Tertulliani Pallium p. 137., in Solinum p. 273. Octaviique Ferrarii insigni opere de re vestiaria part. 1. lib. 2. cap. 7.

[23, 47] *Summa eius natura in nomine est*] *Summa natura eius* Acad. Gud. Vossiani. Salmasius scribi iubet, *Summa naturae eius*, ut *summa voti*, *summa curae*, ad Solin. p. 966. Perperam, ut puto. nam eodem sensu et elegantius dicitur *summa natura*, ut *summa respublica.* Vide ad Livium lib. 26, 10.

Cap. IX. [30, 54] *Ut marathro, hippomarathro*] Vossiani duo Gudianusque
778 *maratho*, *hippomaratho.* ut et alibi. Utroque autem modo et Graecis scribitur.

Cap. X. [34, 60] *Abrotonum odore iucunde gravi floret aestate*] Recte Gelenius *iucunde gravi*: sed τὸ *aestate* defit in castioribus membranis, ortum ex *est autem*, quod video in Voss. duobus, Academico et Gudiano, et adiecit aliquis expleturus in sequenti commatio, quod Plinius voluerat intelligi. Sufficit vero paullo post dici de abrotono et adonio iunctim: *Utrumque floret aestate.*

Cap. XI. [36, 62] *Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus coloris ignei*] Omnes *Nyctegreton.* Dein Mss. quatuor *coloris hygini folio spineo* aut *higini*; cui maxime fidimus, *coloris hisgini folio hispinae.* Scribe: *Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus*, *coloris hysgini*, *folio spinae.* Hesychius, Ὕσγινον, βάμμα τι. Noster lib. 9, 42 [potius: 9, 41, 65, 140]: *quin et terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret hysginum.* Lib. 21, 26 [97, 170]: *Hyacinthum in Gallia maxime provenit: hoc ibi pro cocco hysginum tingunt.* Sic Hermol. Barbarus pro eo, quod in vett. *hoc ibi loco*: unde nonnulli postea *locorum*, quod et Salmasius ad Solin. p. 272. sequitur. Censeo scribas: *hoc ibi fuco hysginum tingunt.* Lib. 35, 6 [26, 45]: *Causa est*, *quod hysgino maxime inficitur.* Athenaeus lib. 6 [c. 16. p. 255. E]: δύο δ' ὑπὸ τοῖς ποσὶν ὑσγινοβαφῆ. *Hysgini* sagax quoque Pintianus deprehendit.

[40, 69] *Ut intra id tempus purgata*] Voss. optimus: *purpurgata.* Lege: *perpurgata ac pura sint.* Lib. 34, 13 [37, 136] *siccare et excrescentia consumere*, *perpurgare.* Utuntur et Plautus et Varro de re rust. 2, 11 [2].

Cap. XII. [41, 70] *Maxime alvearia*] Hoc in vocabulo et ei vicino *alvei* perpetuus error non vulgatos modo, sed et secundi generis membranaceos obsidet. Nam qui nobis hoc negotium fecit, in eo legitur *albaria*, quod est *alvaria.* Sic infra, *At genistas circumseri alveariis gratissimum*: ille *albaris.* Similiter: *Imponunt navibus alveos noctibusque quina millia passuum contrario amne naves subvehunt.* Idem, *Imponunt navibus alvos.* deinde ignorat τὸ *naves*: et merito, supervacuum enim est. Mox: *donec pondere ipso pressis navibus pleni alvei intelligantur.* Scriptus, *plenae alvi intellegantur.* Sic et cap. 14. *Alvearia orientem aequinoctialem spectare convenit.* Voss. *Alvaria.* Deinde: *Alvearia optima e cortice, secunda ferula, tertia vimine. Multi ea et speculari lapide fecere.* Pintiani codex, *Alvus optimae.* Voss. *Alvos optime cortice*; tum nescit τὸ *ea*, ut et Pintiani. Scribe: *Alvos optimas e cortice, secundas ferula, tertias vimine; multi et speculari lapide fecere.* Item, *Circumlini alveos fimo bubulo utilissimum.* Optimus, *alvos.* Statim, *si magnus sit alveus.* Acad. *si magna sint alvearia.* Gud. *magna sit alveariis.* Voss. Andeg. *magna sit alverios.* Menap. *magnum et sit alveariis.* Quem sequimur, et Chifl. *si magna sit alvus.* Ibidem: *Alvearia hieme*

stramento operiri. Idem et Pintiani, *Alvos.* Rursus, *Et araneorum quidem exitium facilius est, papilionum maior pestis. Tollitur vero, cum maturescit malva noctu, interlunio, coelo sereno, accensis lucernis ante alveos.* Gud. et Menap. *papilios maior lucernis tollitur vero.* Acad. *papilios maior lucernis tollitur vere.* Andegavens. *papilio estis maior lucernis tollitur vero.* Vetustissimus et Chifl. *papilio pestis maior lucernis tollitur vero:* deinde omnes, *sereno accensis ante alvos.* Nimirum transposuerunt τὸ *lucernis*, quod id commodum locum esse non sinat τῷ *vero*, postquam id admiserant potius, *tollitur vero*, quam *tollitur vere*, quod tamen in Academico est. Scribendum autem erat: *papilio, maior pestis, lucernis tollitur, vere, cum maturescit malva, noctu, interlunio, coelo sereno, accensis ante alvos.* Dicit, *vere cum maturescit malva.* Hieme enim seritur: non illa, quae mense Octobri, teste Palladio tit. 11 [3] et Plinio lib. 19, 8 [54, 170], sed quae Februario, ut Palladius tit. 24 [9]. Consentit Columella lib. 9, 14 [1. p. 461. Schn.]: *Ab aequinoctio primo, quod mense Martio circa octavum Cal. Apriles in octava parte arietis conficitur ad exortum Vergiliarum, dies verni temporis habentur duodequinquaginta.* Per hos primum ait apes curandas esse, etc. Mox, *item papiliones enecandi sunt.* Et infra: *quo tempore malvae florent.* Denique ibidem: *Alveorum, cum mel eximitur, inlini oportet exitus melissophyllo aut genista tritis, aut medios alba vite praecingere, ut apes diffugiant.* Opt. *Arborum.* signi- 779
ficat *Alvorum*, nam idem mox: *aut medias alba vite praecingi.* Nempe alvos. Etiam alii quatuor *medias*, Andegav. etiam plane *alvorum.* E Chifletiano *media* notant. Sic et cap. 20 [86, 149] huius 21. libri: *Melissophyllo sive melittaena si perungantur alvearia, non fugient apes.* Opt. *si perungantur alvi.* [Lib. 11, 10: *Novissimi maxime implentur melle, ideo aversa alvo favi eximuntur.* Sic Men. et Gud. Academicus, *ideo adversa alvo favo ex.* Nec dubito, quin et sic fuerit in Chifl., etsi tantum ex eo notaverint, *aversa alvo.* Vulgo: *ideoque averso alveo.* Eodem lib. cap. 15 [15, 40]: *Aestiva mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet, si plenae fuerint alvi.* Sic Chifletianus. Nostri, *si pleni fuerint alvi.* Ex *Inserend.* p. 845.] Lib. 22, 24 [50, 107]: *Prima propolis alveorum aculeos*, etc. Idem *alvorum.* Lib. 30, 24 [potius: 30, 16, 53, 148]: *Sparsas apes in alvearia reverti.* Rursus idem: *in alvo.* Lege, *in alvos*, ut et Pintianus. Lib. 28, 7 [23, 19]: *apes tactis alveariis fugere.* Is ipse: *alvariis*, quod praetermisit Salmasius ad Solin. p. 26., ubi locum istum tractat. Columella quoque dicto loco: *alvi aperiendae sunt et fumigandae.* Apud Phaedrum quoque fab. 52. [? est fab. 3, 13, 9] *Alvos accipite et ceris opus infundite* in scriptis codd. esse testatur Salmasius ad hist. Aug. p. 477.

[42, 72] *Alvo concita moriuntur*] E Chifl. notant *alvo circa.* At tu lege cum fidissimo, *alvo cita.* Sic lib. 23, 1 [21, 36] *Alvo citae signinum maxime conducere indubitatum est.* Et cap. 7 [73, 141] de sorbis: *nam recentia stomacho et alvo citae prosunt.* Hoc quoque praecepit Pintianus. Acad. Gud. Menap. *concitata.* Andegav. *citato.*

Cap. XIII. [45, 77] *In eodem Ponto gente Sannorum*] Sic Gelenius, cum legeretur, *in eodem Ponti situ viget ex annona mellis.* Tres codices: *in eodem Ponto situm gentes annonam*, ut et Andegav. nisi quod *annosum.* Potior, *in eodem Ponti situ gentes annorum.* Pintiani codex, *in eodem Ponti situ gente Sannorum.* Lege, *in eodem Ponti situ, gente Suanorum.* Poteras suspicari, *in eodem*

Ponti sinu, ex Iustini lib. 2 [4, 26]: *frustraque et Ponti sinum et Asiam edomitam esse dicit.* Sed Plinius ista voce sic uti gaudet. Lib. 4. cap. 16 [30, 102]: *Ex adverso huius situs Britannia insula.* Ubi male Pintianus opinatur legendum, *Ex adverso huius sita est.* Lib. 11, 1. [potius: 2, 1, 51, 136]: *Italiae quoque partibus iuxta et hieme et aestate fulgurat, quod non in alio situ.* Lib. 12, 19 [42, 85]: *in quo situ Liber pater educatus esset.* Sic libri 16. caput 18. inscribit, *De arborum natura per situs.* Lib. 27, 2 [2, 7]: *necantque gustatu earum pantheras, nisi hoc fieret, repleturas illos situs.* Lib. 31, 4 [30, 53]: *cessasse fontes amnesque, qui in eo situ multi erant.* Lib. 32, 1 [4, 10] de Arabia: *piscium adipe camelos perungi in eo situ, ut asilos ab his fuget odor.* Ita enim legendum, cum sit in scriptis omnibus *perungui* aut *perungi*, quod mutarunt in *perungere* propter corruptum *fugent odore.* Lib. 33, 4 [24, 82]: *quo sit situ terrarum numen hoc, signavimus nomine.* Ita enim legendum. *Suanos* habes et lib. 6, 11 [12, 30]: *A portis Caucasiis per montes Gordyaeos Valli, Suani, indomitae gentes: auri tamen metalla fodiunt.* Etsi edatur *Suarni.* Strabo lib. 11 [p. 344. Casaub.]: *Οἱ Σόανες δυναστεύουσι τῶν κύκλῳ, τὰ ἄκρα τοῦ Καυκάσου κατέχοντες, τὰ ὑπὲρ τῆς Διοσκουριάδος· βασιλέα δ' ἔχουσι καὶ συνέδριον ἀνδρῶν τριακοσίων· συνάγουσι δ', ὥς φασι, στρατείαν καὶ εἴκοσι μυριάδων. Παρὰ τούτοις λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάῤῥους, ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις, κατατετριμμέναις καὶ μαλλωταῖς δοραῖς· ἀφ' οὗ δὴ μεμυθεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρος.* Restituendi sunt iidem Plinio lib. 33, 3 [15, 52]: *Iam regnaverat in Colchis Salauces et Esubopes, qui terram virginem nactus plurimum auri argentique eruisse dicitur in Suanorum gente, et alioquin velleribus aureis inclito regno.* Sic Ms., vulgo *Samnorum.* Diffido etiam vocabulo *Esubopes*: nam idem liber insignis, *salaucesaetesubopes.* quasi vellet, *Iam regnaverant in Colchis Salauces, Aeetes, Ubopes.* Caeterum *Suanos* et apud Ptolomaeum visere potes, et in Tabula Peutingeri. Item in Excerptis legationum e Prisco rhetore, et Menandro Protectore (ubi longa disputatio de *Suanis* et *Suania* inter Iustini Imp. legatum et Persas) a D. Hoeschelio vulgatis.

[45, 77] *Gensque ea cum ceram in tributa Romanis praestet*] Praecipuus, *praestent.* Pro eo, quod sequitur *non vendit*, legendum quamquam scriptis non secundis, *non pendit.* nempe in vectigali sive tributo. Lib. 12, 25 [54, 112]: *Servit nunc haec, et tributa pendit.*

[45, 78] *Parum enim erat genuisse rem*] Particula *enim* optimus non utitur. Livius lib. 21 [44, 7] in Orat. Hannibalis ad exercitum apud Ticinum: *Parum est, quod veterrimas provincias meas Siciliam et Sardiniam adimis? etiam*
780 *Hispanias.* Plinius lib. 9, 35 [53, 105]: *Parum scilicet erat, in gulas condi maria, nisi manibus, auribus*, etc. *gestarentur.* Ibidem: *Parum est, nisi qui vescimur periculis, etiam vestiamur.* Lib. 33. prooem. [2, 4]: *Parum enim erat unam vitae invenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam sanies.*

[Ibid.] *Non enim ipsi melli, sed apibus iam*] Iterum brevius: *non enim et ipsis iam apibus cuspides dederat.* Hoc est, quasi non apes ipsae haberent, quo laedere possent, et hominem cautum esse minusque mellis appetentem cogerent. Et vulgatae profecto sensus nullus, neque hic melli locus est. Acad. Gud. Men. *non enim ipsi sed apibus iam cuspides dederat.* Voss. alter: *non enim ipsi de apibus iam c. d.* Quasi vellent, *ipsis et apibus.*

Cap. XIV. [47, 80] *Fallente operis incremento*] Sic omnes nostri sine ulla suspicione. Seneca Nat. q. l. 3, 27 [2]: *Natura ad originem rerum parce utitur viribus, dispensatque se* [*se* omittit *Fickert*] *incrementis fallentibus.* Nec minori elegantia Iurisconsultis alluvio dicitur *incrementum latens.* Ineptus igitur ille librarius, qui subiecit *argumento*: nec tantum ei fidei debebat habere Pintianus, ut inde coniiceret *augmento.*

Cap. XV. [50, 86] *Frugum quidem fertilissima, sed ut prope*] *Tò quidem* a Gelenio est, *prope* a Pintiano: et confirmat utrumque praecipuus. Sed idem, *fertilissimas et ut prope.* Videtur fuisse: *frugum quidem fertilissima, utut prope sola iis carere possit.*

Cap. XVI. [59, 99] *E diverso stant anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta*] Sic Gelenius, cum esset: *Et ex diverso stans anch. infic. ligno cerisque apta. Est autem mitior eis anthemis.* Pintianus audacter nimis: *ut eius quam coronopon vocant, et anthemis et anchusa et phyllanthes*: reliqua falso inserta putat. Voss. *et diverso stant anch. inf. ligno cerisque radicis apta est ante mitioribus anthemis et phyllanthes.* Scribe: *E diverso stat anchusa inficiendo ligno cerisque radicis aptae; stant e mitioribus anthemis et phyllanthes. Stat*, inquit, et *stant*: nam dixerat: *caules aliquarum per terram serpunt.* In quo si error est, auctori relinquendus est. Gud. quoque et duo Voss. *radice apta est ante mitioribus.*

[Ibid.] *Caule foliato est et crepis et apate*] Vossiani duo et Gudianus. *crepis et lotos.* tertius, *crepis et locos.* Academ. *crepis et lothos.* Scribe, *picris et lotos.* nam Theophrastus lib. 7, 9. *καὶ ἐπικαυλόφυλλα δὲ πικρίς, ἀνθέμιον τὸ φυλλῶδες, λωτός.* [Emendatius haec apud *Wimmer.* leguntur sic: *ἐπικαυλόφυλλα δὲ κρηπὶς ἄνθεμον τὸ φυλλῶδες λωτὸς λευκόϊον.*] Lib. et cap. 22 [31, 66] noster: *Picris ab insigni amaritudine cognominatur. Lotos* quoque Pintianus.

Cap. XVII. [60, 100] *In primisque heliotropio, adianto*] Scripti quatuor: *adianto folia.* Optimus, *adianto pholia.* Scribe: *heliotropio, adianto, polio.* nam Theophrastus lib. 7, 10. *ἐπεὶ δὲ καὶ ἀεὶ φύλλα τῶν τοιούτων ἐστὶν ἔνια, καθάπερ τὸ πόλιον καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον καὶ τὸ ἀδίαντον.* Et sic Theophrastum habere iam alleverat ad marginem Dalecampius.

Cap. XVIII. [70, 118] *Radix adversus serpentium ictus, scorpionum praesertim, remedio est*] Notant e suis, *et scorpionum praesenti*, Vossiani duo, Gudianus et Academicus ut etiam Vetustior et Pintiani: *et scorpionum praesentis remedii est.* Sic saepe *contra serpentes et scorpiones.*

Cap. XIX. [74, 127] *Erugant corpora. Folia in aceto cocta*] Vossianus: *erugant corpora cum folia in aceto cocta vulneribus inponuntur si testium meliuś cum hyoscyamo.* Chifletianus quoque, *si testium melius*, absque *τῷ epiphoris.* Quatuor alii in membranis: *corpora cum folia in ac. cocta vuln. imponuntur si testium mellis.* Suspicor: *Erugant corpora. Cum polio in aceto coctae vulneribus imponuntur; si caestuum, melius cum hyoscyamo et farina tritici.* Ait radices lilii una cum polio coctas in aceto imponi vulneribus: quod si ea vulnera caestibus pugilum facta sint, tum melius esse, ut addatur hyoscyamus et farina tritici quam polium. De usu polii cap. 20 [84, 145]: *Vulneribus quoque illinuntur* [ubi verba sic leguntur: *vulneribus quoque sic illinunt*]. Caestuum vulnera illustrat Lucianus in dialogo Apollinis et Mercurii [dial. deor. 26]: *Οὗτος μέν, ὦ Ἄπολλον, ἔχει ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγωνι-*

στῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα, ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυχος Ἀμύκου ἐτρώθη τῷ Ἰάσονι συμπλέων.

781 Cap. XX. [80, 136] *Vel decocta ad strangulationes*] Voss. *strangularis.* Duo alii, Acad. et Gud. *strangulares.* Lege, *strangulatus.* Paullo post: *Vulvarum quoque strangulatus.* Sic lib. 22, 13 [15, 32]: *Semen potum cum sapa vulvas strangulantes aperit.* Chifl. et Voss. *vulvam strangulantis.* Acad. *vulvas strangulatas.* Verum videtur, *vulvae strangulatus.* Lib. 26, 15 [90, 153]: *Plantago apponitur in lana in dolore vulvae; in strangulatu bibitur.*

[81, 138] *Crapulam non sentiunt, ebrietati eo resistunt*] Illud *eo* non esse in veteri codice notat Pintianus; circa duo verba delet. Voss. *Qui crocum prius biberint, crapulam non sentient, ebrietati resistent.* Nec delendum praeterea quidquam censemus: sed *eo* et quatuor alii eiurant. Lib. 36, 22 [49, 169]: *Est et viridis lapis vehementer igni resistens.*

[86, 149] *Contra ictus earum vesparumque et araneorum*] Voss. auctior: *earum vesparumque et similium, sicut araneorum.* lib. 23, 7 [23, 63] *vesparumque et similium venenis.* Notavit et Pintianus.

Cap. XXI. [89, 156] *Prodest et orthopnoicis et anhelationi*] Voss. *et hanelatoris.* Scribe, *anhelatoribus.* Puta *πνευματίαις.* Lib. 22, 34 [49, 105]: *Anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.* Lib. 23, 7 [63, 121]: *Vesicae semper utilis et anhelatoribus ac suspiriosis.* Hoc quoque Pintianus.

[89, 157] *Coxendicibus imponitur et articularibus*] Sic Gelenius. Vossianus: *coxendicibus imponitur cum vino, articularis morbis et luxatis tritum ac lanae inspersum ex oleo, ambustis cum adipe suillo.* Pleraque horum iam in medium dederunt ex Chiflet., non *articularis*, in Andegav. quoque conspicuum, quod revocari flagitat *articulariis*, Pintiano iam notatum. Capite praecedenti: *articularios morbos sedat.* Sic et lib. 22, 24 [54, 115]: *item articulario morbo et nervorum infirmitate laborantibus.* Lib. 25, 5 [22, 54]: *podagris veteribus, articulariis morbis.* Lib. 28, 16 [62, 223]: *Varicum dolores sedat fimi vituli cinis cum lilii bulbis decoctus, addito melle modico: item omnia inflammata et suppurationes: sed podagris et articulariis morbis, e maribus praecipue vitulis.* Ita enim ibi legendum. nam vulgo interiiciunt tria vocabula, *minantia. Eadem res*, quae MSS. ignorant. Continenter Vossianus: *suppurationes et podagris.* Lib. 32, 4 [14, 39] *paralysin et articularios morbos sentientibus.* Et his quidem locis salvi etiam vulgati codices. Sed et sic legendum lib. 22, 13 [15, 34]: *Articulariis morbis et podagris plurimi.* Lib. 23, 1 [12, 16]: *Item carbunculis, articulariis morbis.* Et cap. 3 [37, 75] *podagris incipientibus, item articulariis morbis.* Et 9 [81, 162] *articulariis morbis et collectionibus.* Lib. 28, 9 [33, 127] *in lepris, elephantiasi, articulariis morbis.* Lib. 31, 6 [33, 64] *in tenesmis articulariisque morbis.* Lib. 32, 9 [36, 110]: *podagris articulariisque morbis utile est oleum.* Omnibus enim his locis praestantissimus liber *articularis.* Sic et eodem cap. 9. lib. 32 [31, 96] *morbo regio, articulario, inflationibus*, eaedem membranae, ubi vulgo, *articulari.* Denique statim post verba e cap. 21. huius libri proposita: *Dant et potionem articularis bonis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti et mellis, in fastidio tritum cum sale.* Sic MS. Forte, *articulariis novis.*

[92, 160] *Usus est et foliis*] Voss. unicus: *Usus et foliis.* sine verbo. Dein, *orthopnoene vulsis.* Lege: *orthopnoeae, convulsis.*

[92, 161] *Oculorum inflammationi illinitur*] Hic subito media pagina sistunt Gudianus, Andeg. Menap. reliquo eiusdem aliquot paginarum sive columnarum, ut vocant, spatio vacuo. Desunt omnia, quae hinc continuantur usque ad lib. 22. cap. 21. extremum, ubi est: *purgatiores* (sic enim iidem pro *pugnaciores*) *fieri putant in cibum eorum additis, pecorique esse utilissimos.*

Cap. XXIII. [94, 165] *Flos nunquam se aperit, nisi vento spirante: unde et nomen accepit*] Voss. *accepere.* Nempe anemonae, quarum de pluribus generibus locutus est.

[94, 166] *Magi multum quidem iis tribuere*] Notant in margine *quidam*, ut et in Academico est: sed Vossianus *multum quiddam.* Sic lib. 22, 2 [3, 5]: *immensum quiddam et hinc sumpsere.*

Cap. XXIX. [103, 175] *Bibitur in stranguria renumque doloribus*] Chifletianus *anseris* pro *doloribus*, unde quidam *ulceribus*, inquit Dalecampius. Vossianus quoque *reniumque anseris tribus drachmis.* Coniicio, *reniumque arenis.* Sic lib. 22, 21 [29, 59]: *Potum id pellit taenias et renium arenas.* Et sequenti, *lapides renium.* Item, *calculisque et arenis pellendis et vesicae pruritibus.* Lib. 23, 3 782
[36, 73]: *Medentur enim arenosae urinae.* Lib. 25, 13 [106, 168] *extrahere renibus arenam.* Semper autem codex optimus *renium* pro *renum*: plerumque et alii. Academicus quoque hic mutilus. Continuat enim: *imposita et vulneribus bibitur etiam in duritia vulvarum.*

Cap. XXXI. [105, 178] *Demonstranda remedia, non venena, tractanti*] Chiflet. *tractantibus.* Subscribit Vossianus: sed habet praeterea *demonstrando*, ut referatur ad *τὸ tertio*, quod multo commodius. *Tertio* (generi strychni) *folia sunt ocimi, minime diligenter demonstrando remedia, non venena, tractantibus.* Confirmat utrumque liber Academiae.

[105, 179] *Qui parcius spectaverant, manicon cognominavere*] Sic Hermolaus, cum esset, *spectabatur, magi cognominavere.* Pintiani liber, *inspectabatur*; ipse, *qui parcius in iis peccabant.* Chiflet. *inspectabant, manicon nominavere.* Vossianus *inspectabantur*, Academicus *spectabantur*: uterque autem et *manicon nominavere.* Fuit, opinor: *Qui parcius insectabantur, manicon nominavere.* Tria nomina noxiae ait herbae imposita: *innocentissimos auctores*, qui infamare illam voluerint, et quantum in ipsis erat, cavere, ne cui noceret, vocasse *dorycnion*: *qui nequiter occultabant* et virus eius ex nomine notum nolebant, *erythron* aut *neurada*: qui mediam secuti sunt viam, ut non perterrerent vocabulo et tamen ostenderent subesse quid periculi, eos dixisse *Μανικόν*, insaniam scilicet, non praesentem mortem, eius usu metuendam significantes.

[105, 180] *Mira innocentiae oblivione*] Dalecampius format, *mira oblivionis innocentia*: adferre enim oblivionem iis, qui sumpserunt, sed citra noxam valetudinis. Pintianus, quia Parmense exemplar *inducentis* pro *innocentiae*, coniectat: *mira oblivione hi. Docentes quippe.* Nimirum iam ab Io. Andrea usque ad Gelenium, opinor, impressa exemplaria vitiose: *minore oblivionum inducentes.* Sed recte quisquis ille, *mira oblivione innocentiae.* nam Plinius in Diocle et Euenore ac Timaristo accusat *oblivionem innocentiae*, qui tam periculosam herbam laudarint: quemadmodum paullo ante *innocentissimos* vocavit, qui nomine ipso absterruerint ab eius usu. *Innocentia* medici est non monstrasse, quod maiori discrimine adhibeatur quam toleretur, contra quod adhibetur,

malum. Hoc [potius: sequenti] lib. c. 25 [66, 136]: *Quanto innocentior alica?* lib. 28, 1 [2, 6]: *Quis veneficia innocentiora fecit, quam remedia?* lib. 29, 1 [8, 26]: *Illa autem, quae timuit Cato atque providit, innocentiora multo et parva opinatu.* Dein legendum videtur: *quippe praesentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur halicacabo e vino. exceptionem addidere, ne diutius id fieret.* Nam Voss. *hauecaccabon vino excepit.* Acad. *alii cacabon vino.*

[105, 180] *Delirationem enim gigni eo. Nec demonstranda*] Pintianus luxatum esse ordinem verborum censet, scribitque *delirationem gigni. neque enim demonstranda.* Voss. et Acad. ignorant τὸ *Nec.* Scribe: *delirationem enim gigni. En demonstranda remedia, quorum medicina maioris mali periculum adferat!* Per ironian, quam continuat etiam in sequentibus, etsi vulgo id non appareat. Sic autem volunt scripti: *Commendetur ergo cibis tertium genus, licet: praeferatur hortensiis saporibus: et nil sit corporis malorum, cui non salutarem strychnon Xenocrates praedicet!* Alia etiam ex Chiflet. annotarunt: *commendetur* primi prodimus ex Voss. et Academico. *Hortensiis saporibus* fecimus ex more Plinii: quod si meminisset Pintianus, temperasset ex apographo suo laudare *hortensium.* Illud, *cui non salutare strychnos,* si quis tenere malit, quia et Chiflet. et Voss. affirmant, instar illius, de quo etiam supra, *Triste lupus stabulis,* possis tentare: *et nihil esse corporis malorum, cui non salutare strychnos, Xenocrates praedicet.*

[105, 181] *Non tamen auxilia eorum tanti sunt, ut vel profutura*] Hoc commode subnectitur, sed non melius tractatum. Io. Andreas et olim editi: *ut vel profutura non de iis commemorare nephas* (vel *nefas*) *putem.* Acad. *ut in pictura non de his commemorare nephas putem.* Pintiani codex: *ut id pletura nos de iis*: unde coniicit, *ut ideo laesura.* Chiflet. *ut id pleutura nos de his*: unde coniiciunt,
783 *ut ideo plura de iis.* Vossianus, *ut id pletura nos de his.* Sensum deprehenderunt, opinor, sed nimium licenter a veteri scriptura discesserunt vulgatae architecti. Vide numquid propius illam sit: *uti vel curationes de his commemorare fas putem, praesertim in tanta copia innoxiorum medicaminum.*

AD LIBR. XXII.

Cap. II. [3, 3] *Galatiae, Africae, Lusitaniae granis coccum*] Sic Mss. Editiones priscae nonnullae *cocci granum,* quod praefert Salmasius; fatetur tamen posse retineri ex antiqua lectione *grani coccum*: nam coccum pro ipsa tinctura coccinea usurparunt, inquit. Recte hoc: sed retinenda est ὁλόκληρος antiqua lectio: quippe *granis coccum* dixit Plinius, ut *Aere trabes*: coccum, qui color paratur e granis regionum istarum foetu. Neque secus accepit (ne quem sua laude fraudem) vir excellentis doctrinae et facundiae florentis Octavius Ferrarius in opere praeclaro de re vestiaria part. 1. lib. 1. cap. 7. Caeterum grana illa, non Africae et Lusitaniae modo, sed etiam Galatiae, mihi subiecerunt cogitationem, ea de voce corruptum vocabulum, quo nobilissimum colorem *scarletum, escarletum, scarlatum, squalatam* media coepit aetas dicere: unde vulgares hodie linguae *scarlato, escarlate, escarlata, iscarlattino, scarlet, scharlaak* acceperunt. Videre licet Lipsium 1. Saturnal. 5. Resendium lib. 1. Antiq. Cl. Salmasium tot locis ad Solinum, Gerhard. Io. Vossium in Glossario,

Th. Reinesium Var. lect. 3, 10. et epist. 31. ad Casp. Hofmannum, Aeg. Menagium in exquisitissimis Originibus, qui viri praestantissimi omnes et multo plures, quum aliquid scribant huc facile ferens, non sunt ausi tamen dicere, quod verum puto, *scarlatum* ex *Galatico* esse flexum; sed ex una vulgari lingua in alteram id transferunt, quum omnes vulgares acceperint e Latio. Nimirum etsi haec grana non uno sub coelo provenirent, praevaluit tamen *Galaticus coccus*, et saepius appellatur. Plinius lib. 9, 41 [65, 141]: *Coccum Galatiae rubens granum aut circa Emeritam Lusitaniae in maxima laude est.* idem lib. 16, 8 [12, 32]: *Omnes tamen eius dotes ilex solo provocat cocco. Granum hoc primoque ceu scabies fruticis parvae aquifoliae ilicis: cusculeum vocant: pensionem alteram tributi pauperibus Hispania donat: gignitur et in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia.* Ubi Sig. Gelenius quasi ex *cusculiato scarlatum* factum coniicit. Tertullianus de pallio cap. 4. *latioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio.* Symmachus lib. 3. ep. 25. *quod remunerandum me de Galatia polliceris.* Ubi aestuat Iuretus, et depravatum locum censet signatque asterisco. Non enim viderat Marinianum ob subitum iter hieme anni a Symmacho petisse vestes pingues et frigori pellendo idoneas, cum pollicitatione, se pro iis Galatico cocco tinctas ei redditurum. Prius his verbis exponitur: *Amabili enim fiducia usioni tuae praebenda mandasti, quae peregrinatio hiberna poscebat.* Sic enim legendum, ubi *Aufioni*, *Ausioni*, *Ausoni*, *Ausoniae* fecerunt. At *usioni tuae* est, in tuum usum. Arnobius lib. 7 [32. p. 298. Harald., p. 572. Hildebr., qui Gronovium non commemorat, eius emendatione tamen allata locum non persanatum habet]: *Colunt enim dii vineas et ad suas usiones contractis exprimunt vindemiatoribus vinum.* Ubi etiam monstra erant olim. *Praebenda* illa paulo post dicit *vestes* et *indumenta.* Posterius istis, quae iam posuimus, *remunerandum de Galatia*, ubi *Galaetia*, *Gallacia*, *audacia* fingendo bonum Iuretum irritum habuerunt. Praecipuum igitur nomen cocci Galatici *scarlato* appellando occasio fuit. Nec mutatio in literis facta homini in originibus linguae Latinae mediocriter versato mira potest videri. nam τὸ Σ multis vocabulis in initio praeposuisse alios, alios resecuisse notavit olim Angelus Caninius: sic γρύτη, σγρύτη, *scruta*: sic *scaldare*, *eschaufer*, quasi ex *calidare*. Sed et *G*, quam facile migret in *C*, neminem praeterit. Canina autem litera ut gaudeat interponi, ex στύπος, *stirps;* ἄφλαστον, *aplustre;* ὤα, πέζα ἱματίου, *ora;* νυός, *nurus;* φραγέλλιον, *flagellum*, *perdix perdrix*, *Londinium Londres* et *Londra*, *diaconus diacre*, *thesaurus tresor*, et plurima talia ostendunt. Sed et syllaba 784
aliqua vocem mulctare aut contrahere barbarici oris proprium est.

[3, 4] *Quo frugi mundos exculpat*] Mirifice vexatus locus, quem tentat et Salmasius ad Solinum p. 1147. Pintianus, *carpit frugem, qua mundus sine culpa non absit. Frugi mundos* ab Hermolao est: *His alioqui fulgentibus* a Gelenio. Ms. Acad. *quo frugem adoret culpant ablui usu alioqui fulgentius.* Vossianus: *quo fruge modo sed culpa non ablui usu alioqui fulgentius.* Suspicabar: *Stans et in sicco carpit, quo fruges modo: sed culpa non placuisse usui: alioqui frugalius instrui poterat luxuria, certe innocentius.* Stans, inquit, non natans, inque solido, ut fruges demetit, ita carpit herbas, quibus Tyria atque conchylia omnesque alios colores tingat. Nec quicquam abest praeter fastosum usum, quem penes arbitrium est et norma etiam vestium. Absque quo foret, minore sumptu

instrui poterant quantumvis nitidi, certe, ut non causam tot pereuntibus murilegulis darent.

[3, 4] *Consectari non est, nec committemus, ut subiiciendo utiliora*] Defuere aliquando in editis, ut et Ms. nonnullis, *τὰ non est*: nunc immissa quidem sunt, sed non suo loco. Vossianus enim: *Non est nunc propositum ista consectari.* Dein Mss. consensu *vilitate* pro *utilitate.* Sed quid est *utiliora*? Scribe: *subiiciendo tutiora.* id est, quae non tanto periculo quaeruntur. Partem horum vidit et Pintianus.

[3, 5] *Interim fortius augetur auctoritas, quae quanta debeatur*] Ab Hermolao est *debeatur*, cum esset *debeat.* Utiliter, ut opinor: sed sedet etiam grave ulcus in fronte huius periodi: ubi pro *fortius* notant aliis esse *potius*, aliis *partibus*: unde Dalecampius iubet legi *portibus.* Pintianus, *fortius agetur auctoritate.* Chiflet. et duo quibus utimur, ut et Pintiani, *fortius agetur.* Scribe meo consilio: *Interim fortius agetur: auctoritasque quanta debeatur etiam surdis, hoc est, ignobilibus herbis, perhibebitur.* Instituerat probare Plinius ex herbis, nihil a rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni. Primum fuerat argumentum, datas gentibus quibusdam ad formae gratiam; alterum datas vestibus tingendis. Huc respicit, et nunc ait se acturum *fortius*, id est, argumentis rerum magis virilium et fortes decentium. nam formam colere, variare vestimenta, mollia quodammodo et effoeminata. Quale non potest censeri, quod sumitur ab auctoribus conditoribusque imperii Romani, et usu etiam surdarum herbarum et minus celebrium in sacris, legationibus, praemiis bellicae fortitudinis. Lib. 19. prooemio [1, 2]: *nulla mentione habita tot rerum sponte curave provenientium, praesertim cum plerisque earum, pretio usuque vitae, maior etiam quam frugibus, auctoritas perhibeatur. Surdus* sic habes lib. 27. ult.: *artesque salutares inseruit et visceribus, quippe cum surdis etiam rebus inseruerit.* Suspicari licet, *τὰ hoc est, ignobilibus*, ab aliena manu esse.

[Ib.] *Ac semper et legati*] Vossianus: *Ac semper e legatis.* Omnino recte: vult enim ex sequentibus cum his coniungi: *e legatis unus.* Praecepit Pintianus.

Cap. V. [5, 9] *Se consul, Imperioso collega, pro victoria devovit*] Vossianus quoque *imperio*, ut codex Pintiani, cui neutra lectio placet, et potius verba falso inserta retur. Haudquaquam ego: quid enim clarius quam similitudinem literarum illud *SO* absorpsisse? Est enim T. Manlius Imperiosus, et intelligitur ad Veserim pugna.

Cap. VI. [6, 13] *Manlio Cos. tribus cohortibus servatis totidemque*] *Τὸ tribus* adiecit Gelenius. Chiflet. *Manilio cos. cohortibus.* Vossianus: *Manilio cus. cohortibus servatis totidemque.* Ne in Academ. quidem illa vox est. Scribe: *Manilio consule cohortibus servatis totidem, quot ad servandas eas eductis.* Dissimulavit enim numerum, utpote aliunde tum satis notum. Pintiani quoque codex carebat *τῷ tribus.*

[Ib.] *Quod et statuae eius in foro suo D. Augustus adscripsit*] Chifl. et Voss. *scripsit.* Nempe similitudo literarum primam syllabam hausit. Fuerat enim, *Augustus subscripsit.* Horatius [Od. 3, 24, 27]: *si quaeret pater urbium Subscribi statuis.* Florus 4, 10 [2, 20. Iahn.]: *dum titulorum cupidine Araxem et Euphratem sub imaginibus suis legi concupiscit.*

[7, 14] *Addidere vivendi precio deliciae*] Hoc Gelenio debemus. Mss. et 785
priores: *pretia.* Multo melius. *Addidere pretia vivendi*, id est, auxere, plura reddidere, fecere, ut maius operae pretium esset vivere: quippe cum per eas mollius commodiusque agi vulgo putetur. Inde illa, quam statim notat, cupido vitae. Verbum *addere*, ut apud Livium 2, 1. *partium certe urbis*, *quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt*: ut ibi legendum recte vidit Rhenanus. Intelligimus enim, *aliis partibus.* Ut in Plinio *aliis pretiis vivendi.* Sic Caesar lib. 3 [102] de bello civili: *Biduum tempestate retentus aliisque additis actuariis in Ciliciam atque inde Cyprum pervenit.* Hoc est, et parandis navibus actuariis, quas numero, quem iam habebat, addidit. Tale est *adiicere*, quod restituimus Livio lib. 10, 7. et L. Senecae Troad. 205. *Pretia vivendi* blandimenta vitae. Plinius iunior lib. 1. epist. 12 [4]: *Sed tam longa*, *tam iniqua valetudine conflictabatur*, *ut haec tanta pretia vivendi mortis rationibus vincerentur.* Pintianus: *Abdidere vivendi pretia*: quod sit ablegavere, sustulere, contra mentem auctoris.

[7, 15] *Aliorum hanc operae credimus*] Ante Gelenium erat, *operam esse.* Quod forte melius. nam Chiflet. et Vossianus *operae esse.* Nisi placet hoc ipsum potius. Hanc curam vitae nostrae credimus esse operae aliorum: alios ei operam dare, ut ipsis id nobis facere non sit necesse. Deinde Voss. *credimus demandata quidem nostro.* tum, *provisum esse pro bonis ipsi fruimur voluptatibus.* Scribe: *aliorum hanc operae esse credimus; ne mandato quidem nostro alios id agere, medicisque provisum esse pro nobis. Ipsi fruimur voluptatibus, et, quo nihil equidem probrosius duco, vivimus aliena fiducia.* Maiores, inquit, nostri regebant ipsi valetudines suas, et suae operae curam eam esse ducebant, parci voluptatum: nunc in libidines nos ingurgitamus, quid de corporibus nostris fiat, securi, omni ea providentia medicis delegata. Pintianus infeliciter: *probrosis utimur voluptatibus.*

[Ib.] *Magna quamquam immensi laboris solatia*] Vossianus, *magno q. i. l. solatio*: nempe cohaeret haec oratio continua cum praecedentibus. *Immo vero plerisque ultro etiam irrisui sumus ista commentantes atque frivoli operis arguimur, magno quamquam immensi laboris solatio, sperni cum rerum natura.* Huius, inquit, iniuriae, quod irridemur et vituperamur in labore tanto, solatium habemus magnum per sociam eiusdem indignitatis. quis enim gravetur idem pati, quod rerum natura? Sic et cap. 8 [9, 20]: *ob hoc et Phaonem Lesbium dilectum a Sappho, multa circa hoc non Magorum solum vanitate, sed etiam Pythagoricorum.* Sic Mss., ubi subiecerunt *multae vanitates.* Consentit utrobique Pintianus.

[7, 16] *Satis admirari amplectique non est*] Vossian. *satis mirari.* ut cap. 12 [14, 30]: *ut non sit mirari satis ingenium eius.*

[7, 17] *Inde excogitavit*] Non reperi in optimo *τὸ inde*: et videtur esse additamentum alicuius, qui se melius nectere superioribus inferiora posse putabat, quam libuit Plinio. Exterminat eandem particulam auctoritate sui codicis Pintianus.

Cap. IX. [11, 25] *Longa, ceu viti, coloris buxei. Meliorque nigra*] De radice glycyrrhizae loquitur. Mss. *vitium.* Sed quomodo coloris buxei dicitur in genere, et tamen melior nigra? Dioscorides πυξοειδῆ. Lege: *longa ceu vitium.*

Coloris buxei melior quam nigra, quaeque lenta, quam quae fragilis. Pintianus e suo *nigri*, non secundante Vossiano, nec necesse est.

Cap. XII. [14, 30] *Ut aliis prosit atque aliis horis*] Chifl. et Voss. *ut aliis prosit ab horis.* Scribe: *ut aliis prosit aliud horis.*

Cap. XIII. [15, 34] *Defluvia capitis semine illito cohonestari*] Academ. *cohennestari.* Voss. *cohosiertari.* Lege, *coercitari* vel *coerceri.*

[15, 36] *Succus quoque in usu est*] Chifl. et Voss. *Succo.* Recte: frequens enim Plinio herbam adhiberi aut prodesse *foliis* ad hoc, *radice* ad aliud, *caule, succo, semine* etc. cap. 22 [38, 80]: *Semine singultus confestim ex aceto sedat.*

Cap. XIV. [16, 38] *Radice alligata*, etc. *quae et cui*] Voss. *radicem adalligata*, deinde, *radix dicatur quae cui.* Voluit, *Autumnalis urticae radicem adalli-
786 gatam tertianis, ita ut aegri nuncupentur, cum eruitur ea radix, dicaturque cui et quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt.* sic lib. 23, 6 [54, 103]: *Radix eorum circumscripta manu sinistra terra capitur ita, ut qui id faciet dicat, quare capiat, et cuius causa.* Sic Vossianus: non *quae capiat. Quare* rem denotat, *cuius* personam.

Cap. XX. [24, 50] *Folia ictibus imponuntur. Virus serpentium fugat*] Voss. *serpentes.* Mutaverunt, qui nescirent, quid hic *virus* esset. non enim venenum, sed gravem odorem significat, et anchusae, non serpentium, est. Sic lib. 24, 6 [duplex in numeris error. Est 27, 12, 83, 107]: *cuius radix evulsa virus hirci redolet.* lib. 35, 15 [52, 185] *virus alarum.* lib. 29, 9 [35, 134]: *ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura: quo magis virus resipit, hoc praestantius iudicatur.*

Cap. XXI. [26, 54] *Omnia mixta drachmae un. p. contra serpentium omnium ictus*] Ms. Voss. et Acad. ignorant τὸ *omnium.* dein, *Pellunt mortuos partus.*

[30, 64] *Crebro auferendi, ne pereant*] Notant ex vet. *ne perareant.* Voss. *ne perunt.* Lege, *ne perurant.* lib. 38, 8 [potius: 30, 8, 22, 70]: *Ne acria perurant, adeps anserinus cum cera* etc.

Cap. XXII. [31, 66] *Sed purgat alvum*] Tuto delebis τὸ *sed.* non enim est in optimo, neque hic locum tuetur.

[32, 70] *Et ambusta. Et ad gravitatem*] Voss. *et ambustae gravitatem.* Andeg. *et ambusta et gravitatem.* Fortasse: *Decoctae radicis in oleo succus perniones, et ambustae gravitatem aurium.* Intellige, ambustae radicis succus emendat aurium gravitatem. Tum, *Infunditur a contraria aure in dolore dentium.* sic lib. 24, 10 [47, 78]: *Eiusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo calfactosque in cortice Punico instillavit dentium dolori a contraria aure.* Sic duo Vossiani. *Punico* etiam Chiflet. *Cortex Punicus* est cortex Punici mali. Et in multis gaudebant sic loqui. Quemadmodum et in lib. epist. 10 [34. et 10, 35, 2] fam. Ciceronis Lepidus scribit *a ponte Argenteo*, id est, a ponte amnis argentei.

[32, 71] *Sophocles ad podagras utroque modo*] Mss. quatuor: *Socrates.* Chifl. et Voss. *Socles.* Forte *Diocles*, quem saepe alibi nominat: ut hoc libro cap. 25 [63, 131] et lib. 23, 1 [17, 27]. Meminit et Sex. Empiricus, et Hesychius in *Συγκομιστός*, et alii.

[Ib.] *Xenocrates et lichenas et psoras radice*] Quinque nostri: *Xenocrates et lichenas, psoras, lepras radice in aceto decocta tolli dicit.*

[32, 72] *Simus lapides renum in vino decocta atque pota eximit*] Voss. *Timon lapides renium in vino decocta potaque eximi. Timon* quidem et Chiflet., etsi indiculus compluries *Phaniam physicum*, *Simum*, *Timaristum* nominet: et *Simos Cous* Straboni agnitus. Sed haud dubie rectum *eximi*, quod nostro debetur: intelligitur enim ex superioribus *radice dicit.* Acad. Gud. Menap. *Halimon lapides renium.* Andegav. *Timon lapides renium*, etc. *eximitur.*

[Ib.] *Hippocrates semen eius ad impetus*] Praecipuus ut et Chiflet. *Hippocrates semine ad impetus lienis dari censet.* Genus loquendi, quale hoc libro cap. 13. notavimus. lib. 23, 7 [64, 128]: *Cum melle foliis ceria sanantur* [apud Sillig. legitur: *sanant*] *et canis morsus.* Sic quinque scripti, ubi vulgo: *cum melle item et foliis.* lib. 24, 2 [2, 6]: *Lotos alvum baccis sistit.* eodem lib. cap. 9 [38, 63] de vitice: *Et semine et folio additur in malagmata nervorum et podagrae.* Sic legendum ex quinque nostris, non *semen et folium.* dein optimus, *podagra*, non *podagras.* unde facimus *podagrae.* libro 27. cap. 12 [91, 114] de polygoni generibus: *Semine alvum solvunt, largius sumpto urinam cient.* Sic idem eximius, ubi vulgo *Semina* et *sumpta.*

[33, 74] *Ulceribus vetustis illini crudum*] Sic quidem et Voss. manu prima, sed iuxta vetus mutata litera fecit *crurum*, quemadmodum plane quatuor alii. Nec video, cui sit hic usui cruditas ista: nisi, quia paucis ante versibus *coqui in cibos* dictum est, ideo hic *crudum* poni oportuit.

[36, 78] *Iidemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt*] Forte: *remedio.*

[Ib.] *Magis accendi putant quam potu*] Sic quoque Gud. Acad. Menap. Notant in margine, *quam eius potu.* Quidam ediderunt, *quam huius potu.* Vossianus, *quam postea*, Andeg. *quam pote.* Lege *quam pota ea*, ut voluit et Pintianus.

[37, 79] *Non facit eam deteriorem. Scandix quoque*] Offensus his verbis Latius non coniicit modo, sed et edere ausus est, *non facit. Ea deterior scandix.* nam quod editur, inquit, sensum commodum non habet: quid enim opus siccari, si succus non facit deteriorem? Sed auferenda particula negandi et 787
scribendum: *qui contra serpentium ictus facit eam deteriorem*, ut habent omnes scripti. Et potuit id a Pintiano discere. Primarius etiam: *Siccanda autem in eo usu prius est.* et magis placet.

[46, 92] *Ab coniuge dato Agrippina*] Sic velle Mss. videntur.

[46, 93] *Mox in pediculo corpus absumitur, raroque unquam*] Opt. *mox increscente in pediculi corpus.* id est, in substantiam eius convertitur illa membrana. Dein Acad. *rarum est geminus geminis ex uno pede*: Vossiani et Gud. *rarum unquam.* Menap. *rarum e geminis.* Lege: *rarumque geminus ex uno pede.* Boletus geminus uno pede nixus rarum sive res rara.

[46, 94] *Illa pernicialia prorsus improbanda*] Pintiani codex: *illa permittit alia quod probandi alia alios.* unde ille fingit: *illa pernicies alia, quod probandi alii alias.* Menap. *illa permixti alia sicca ligari clavos.* Acad. *illa permixti alias siccas rigari clavos.* Gud. *illa permitti alia, sicca ligari clavos.* Vossiani princeps et Andegav. *illa permitti alia quod probandi alia.* Fortassis: *Illa pernicialia quae probandi alea?* Illa, quae scilicet dicam, pernicialia quam periculose

probantur? Probant autem, qui vescuntur, salute, si non adfuerint, exitio, si adfuerint.

[46, 94] *Deprehendisseque nisi agrestes*] Scribendum: *Deprehendisse qui, nisi agrestes, possunt?*

[46, 95] *Ducunt ipsi alia vitia, nunc quidem*] Verbum *ducunt*, inquit Pintianus, desecandum et pronomen *ipsi* superioribus agglutinandum: quod autem sequitur, *Alia vitia, nunc quidem si serpentis.* Sane *ducunt* etiam ignorat melior Vossianus: sed et idem cum omnibus aliis nostris et Chifletiano, *ne quidem.* Forte: *Aliqui colligunt ipsi alia vitia, in quibus, si serpentis caverna iuxta fuerit.* Nisi malis: *atque qui colligunt? Ducunt ipsi alia vitia, e quibus.* Nam Gud. Acad. Menap. utcunque hic corrupti habent tamen *dicunt ipsi alia vitia equidem.*

Cap. XXIII. [47, 97] *Fico, ferula et gummi ferentibus*] Acad. *gũmũ.* Gud. *gũmin.* Voss. Andeg. *gũminum.* Men. *gũmĩ.* Optimus *gummim.* Et sic eam vocem idem codex format tot locis, ut, etiamsi solus faceret, appareret mos Plinii. Sed passim confirmant et alii. Libro 23. in praefat.: *Lacrima vitium, quae veluti gummis est.* Consentit Voss. alter. Lib. 24, 1 [1, 3]: *Gummis aceto facilius eluitur.* ubi ex Chiflet. notant *commi.* Eiusdem cap. 9 [37, 56]: *Unum arbor ipsa exsudat gummium modo.* nec aliter Andegav. et Gud. Cap. 10 [47, 80]: *Gummim etiam in hedera quaerunt, quam ex aceto utilissimam dentibus promittunt.* Sic omnes iidem, aut omnino aut maiorem partem. Item cap. 11 [64, 105]: *Gummium genera diximus,* etc. *Dentibus inutiles erunt.* Ubi frustra Dalecampius *inutilia*, quasi non sequatur *Quae ex amygdala amara est* et *siccant inlitae* et *cum passo potae.* lib. 25, 9 [61, 108] *concrescentem gummis modo humidis locis.* lib. 26, 7 [25, 41]: *lacteus succus, qui densatus in gummim.* lib. 27, 12 [97, 123]: *praeciso frutice dat succum gummi similem.* Ms. *gummissis simili.* Lege, *gummibus similem.* eodem cap. 13 [115, 141]: *succus eius lacteus in gummim spissatur.* lib. 32, 33 [potius: 32, 2, 13, 27] *fraude coniicientium gummim.* Hinc iudicium fiat de caeteris. [Lib. 11, 9 [7, 17]: *Gignitur autem rore verno et arborum succo, gummi modo.* Gud. et Men. *commium modo.* Lege, *gummium modo.* Ex *Inserend.* p. 845.] Confirmant quatuor nostri libro 13, 11 [20, 66]: *Gummi optimam esse ex Aegyptia spina convenit, vermiculatam colore glauco, puram sine cortice, dentibus adhaerentem.* sic illi. Scribe igitur: *Gummim.* Rursus: *Deterior ex amygdalis amaris et ceraso, pessima ex prunis.* Mox, *infantium ulceribus aptissima.* Tum, *ad nihil utiles.* item: *Fit et ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi utilissima.* Scribe, *gummis.* Denique, *ideo candida quam rufa melior.* Et semel iterumque ex aliis verbo notarunt. Cur non restituerunt Plinio suum? lib. 16, 26 [45, 108]: *Quae gummi gignunt, post germinationem aperiuntur: gummi vero non nisi fructu detracto spissatur.* Ubi ex Chifl. annotant: *gummini vero.* At vix dubito eum habuisse, perinde ut Acad. Men. Gud., *Quae gummim gignunt:* deinde, *gummis vero.* Sic et Andeg. Vossianus, etsi priore loco *gummum.* Sic et Columella 12, 50. *nova dolia liquida gummi perluere.* nisi scribendum *perlinere.* Mox enim *nova dolia vel serias crassa gummi leverunt.*

[47, 98] *Ut plumbum in oculorum medicamenta*] Notaverunt in aliis, *ut plum-*
788 *bum et oculorum.* Vossianus neutram adoptat particulam. Scribe: *Lavantur etiam, ut plumbum, oculorum medicamento.*

[48, 100] *Nam folia ad expurgandas*] Et hic versata est mala manus. Scitius enim Voss. *Usus silphii in medicina. foliorum ad purgandas vulvas.*

Cap. XXIV. [50, 107] *Ulceraque iam desperantia cicatrice includit*] Ex Chifl. afferunt *disparantia.* quod nulli rei est. Praeclare Vossianus: *iam desperantia cicatricem cludit.* Quasi quae desierint sperare se unquam coitura. Lentulus ad Ciceronem 12 [14, 2] famil.: *Rhodii nos et rempublicam quam valde desperaverint, ex literis, quas publice misi, cognosces.* Frontinus Strateg. 4, 5, 6. *Varro collega eius vel maiore constantia post eandem cladem vixit, gratiaeque ei a senatu et populo actae sunt, quod non desperasset rempublicam.* Ita restituimus e membranis, ubi vulgo: *de republica.* De verbo *sperare* pari suavitate diximus in primo Observationum [pag. 151. p. 82. Frotsch.].

[53, 114] *Celebri Pollionis Romuli exemplo*] Pintianus, *Vedii Pollionis.* Sed Chiflet. et Voss. uterque, *Romili.* Legend. *Pollionis Romilii.* Fuit enim gens Romilia. Pollio autem multarum gentium cognomen.

[55, 116] *Omnis autem mollit, calefacit*] Voss. *calfacit.* ut saepe et alibi.

[56, 118] *Scrupulatim quidem colligere*] Acad. Gud. Vossiani: *Scripulatim.*

Cap. XXV. [57, 121] *Hac decocta fit medicamentum*] Dalecampius *pulmentum.* Putavit nimirum *pulmentum* esse pultem, aut, ut loquuntur, qui cauti esse volunt, cibum solidiorem pultis instar factum. Qui vulgaris error doctos etiam plerosque viros impedivit. Nam et quibus nihil alioqui conveniret, hoc conveniebat, ut Scaliger *nihil se pulmentum morari, quod oleto quam piso similius sit,* dixerit, et Scioppius *solo pane, aqua et pulmento cum pauxillo casei se contentum* iactaverit. Et a magno Viro ad Iohannis cap. 21. [vs. 5] reprehensus est vulgatus interpres, qui προσφάγιον reddidit *pulmentarium,* quod inepte profecto factum ait: cur enim pultem a piscatoribus peteret? laudatque Erasmum, qui *obsonium.* Atqui *pulmentum, pulmentarium, pulpamentum, pulpamen* idem prorsus est, quod obsonium, προσφάγιον, προσόψημα, ὄψον, quivis cibus coctus carnium, piscium, olerum. Plautus Aulul. 2, 4 [vers. 37]: *Pulmentum pridem ei eripuit milvus.* Extis insidiatur milvus, non pulti. Hic, opinor, incepit Lambinus praeire illis, qui descripserunt iam toties cibum esse ad modum pultis factum. Idem Rudente 4, 3 [4, 2, 32]: *Sed hic rex cum aceto pransurus est et sale sine pulmento.* hoc est, sine obsonio, sine cibo cocto, δίχα προσοψήματος Philoni de Legat. ad Caium. Eodem sensu Iustinus 3, 3 [7] *vitam sine pulmento degere*; ἄνευ ὄψου, ξηροφαγεῖν. Pro eodem in epitoma Livii 48 [p. 52. Iahn.]: *sine pulpamine mandere.* Sic *pulpamentum* Sticho 5, 4 [vers. 31. 711. Ritschel.]: *Nimis vellem aliquid pulpamenti.* Hoc dicit, cui erant appositae nuces, fabulae, ficuli, oliva in tryblio, lupilli, comminuta crustula. Haec enim erant in victu, quem Cicero pro Sex. Roscio [27, 75] vocat *aridum,* et Plautus Rud. 3, 4 [vs. 59]: *Nullum habemus ignem* [*ficis* inserunt recentt.], *victitamus aridis.* Idem Mil. 3, 1 [vs. 54. 650. Ritschel.]: *Neque praeripio pulpamentum.* Pseudolo 4, 1 [vs. 37. 947. Ritschel.] *lepido victu, vino, unguentis et inter pocula pulpamentis.* Frustra scribunt pulpamentum esse cibum ex pulpa leporis. Qui dixit [Terent. Eun. 3, 1, 46, ubi Bentl. *pulmentum*]: *Tute lepus es, et pulpamentum quaeris,* idem dixit, quod dixisset, si ei placuisset dicere: *et matteam quaeris: et cupedias quaeris: et ganeam quaeris.* Omnis enim lepus pulpamentum, non tantum pulpae istae. Quaeris, ait, quod es, quod habes. Glossae:

Ὄψον, pulpamentum. Cicero 5 [32, 90] Tuscul. ex literis Anacharsis ponit: *Mihi cubile terra, pulpamentum fames.* Pro eo verbis Socratis [34, 97] ponit *obsono famem.* Pro eodem Horatius lib. 2. Sat. 2 [20]: *pulmentaria quaero Sudando.* et lib. 1. epist. 18 [48]: *pulmenta laboribus emo.* Phaedrus fab. 48 [3, 7, 23]: *frusta iactat familia, Et quod fastidit quisque pulmentarium.* Seneca epist. 87 [3]: *Caricae, si panem habeo, pro pulmentario sunt; si non, pro pane.* Loco obsonii sunt. Sic et Cato in tertio Originum apud Charisium [1]: *Laserpitium pro pulmentario suo habet.* Ex quo idem: *multo pulmento usi.* hoc est, multo cibo apparato et cocto. Ulpianus de instruct. et instrum. [XXIII, 7, 12, 5]
789 *lanificas, quae familiam rusticam vestiant, et quae pulmentaria rusticis coquant.* Paullus ibidem [XXXIII, 7, 18, 3]: *in cacabis pulmentarium coquitur.* Plinius lib. 19, 1 [potius: 19, 4, 19, 57]: *Nec caules, ut nunc maxime, probabant, damnantes pulmentaria, quae egerent alio pulmentario. id erat oleo parcere.* et cap. 6 [34, 112]: *Ulpicum praecipue celebratum inter pulmentaria ruris.* Et potius est, ut *pulmentum* a pulpamento extrita syllaba quam a pulte, ut Varro et Plinius voluerunt, quique eos sequitur Guidetus, ducamus. Varro lib. 4 [potius: V, 108. p. 43. Müller.]: *Quod edebant cum pulte, ab eo pulmentum, ut Plautus; hinc pulmentarium dictum.* Plin. 18, 9 [potius: 18, 8, 19, 83]: *Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur.* Ubi quas annotant *pulmentarias foeminas*, vel *mictyridas*, eae non sunt nauci. Verba Lucilii sic restituerunt viri praestantes:

Pulmentaria, ut intybus, aut aliqua id genus herba,
Et ius maenarum. bene habet. sed mictilis haec est
Merx.

[*Gerlach.* Lucil. ex Sat. libr. XX. p. 46, ubi ultima verba sic leguntur: *sed mictyris hoc est Merx.*] Potuerunt in origine vocabuli falli Varro et Plinius, non potuerunt in significatione. Itaque volunt ambo idem, nempe antequam panis usus esset promiscuus, pultem Romanis fuisse pro pane. id ex eo apparere, quod *pulmentum* dixerint pro obsonio, quia hoc, quemadmodum postea cum pane, sic antea cum pulte vescebantur. Satis igitur significant *pulmentum* esse non pultem, neque instar pultis paratum cibum, sed *προσφάγιον*, sive obsonium. Adde, si placet, Casaubonum in Athenaeum 7, 2 [potius: 7, 4. p. 276. E. Tom. IV. p. 15. Bip.] et Salmasium ad Pallium Tertulliani [p. 460].

[69, 141] *Cum adipis suilli vetustate*] Dalecampius corrigit, *cum adipe suillo vetusto.* Atqui hoc ipsum effert exquisitius Plinius, et similiter loquitur lib. 21, 19 [74, 127]: *Semen illinitur igni sacro, flos et folia ulcerum vetustati.* lib. 28, 6 [18, 67]: *Obstetricum nobilitas non alio succo efficacius curari pronuntiavit corporum pruritus.* hoc est, obstetrices nobiles.

[73, 151] *Farina eius, ut ait Varro, maculas*] Voss. *Farinam eius varos sede maculas cutis.* Scribe: *Farina eius varos, sed et maculas cutis toto corpore emendat.* lib. 23, 1 [16, 23]: *vitia cutis in facie varosque et lentigines et sugillata emendat.* et cap. 4 [27, 84]: *cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit.* Vidit et Pintianus. Alluditque Andegav. exhibendo: *Farina eius uarro sedet maculas.*

AD LIBR. XXIII.

PROOEM. [Init.] *Partesque medicas pendentibus quoque dedit*] Voss. *partesque medicasset peridentibus dedit.* Scribe: *partesque medicas et pendentibus dedit.* Ut plane comes eius Vossianus alter.

[Ib.] *Primum enim homini cibum fuisse inde et sic inductos*] Vossianus, *inducto.* Recte: praecessit enim *homini*, qui *et sic* (ἐμφατικώτερον, etiam hac re, etiam hac occasione) inductus est, ut coelum spectaret, dum nempe ex alto cibum petit. Ovidius [metam. I, 85] *coelumque tueri Iussit.*

CAP. I. [12, 16] *Sanant epinyctidas et dysenteriam*] Voss. *epinyctidas et theria et dysenteriam.* Lege, *ceria*, *κηρία.* lib. 20, 2 [6, 11]: *Radix sanat ulcera concreta in modum favi, quae ceria vocant.* lib. 23, 7 [63, 169]: *Iidem cum melle ulceribus, quae ceria vocant, illinuntur.* Et rursus: *Quae mollissima sunt ex his, cum aceto ulcera manantia, epinyctidas, furfures sanant. Cum melle foliis ceria sanantur et canis morsus.* Sic enim Mss. Psellus *περὶ καινῶν ὀνομάτων ἐν νοσήμασιν· Κηρίον ὄγκος ἐπὶ τοῦ δέρματος ἔχων κατατρήσεις.* Occupavit et hoc Pintianus. Voss. Andeg. *epinyctidas et ceteriam dyssinteriam.*

[19, 32] *Unum de dando volumen Ascl. condidit, ab eo cognominatum*] Voss. *Unum de dando eo volumen.* Deinde *cognominatis.* An legendum *cognominatus?* ut est in Andeg. et Menap. et Gud., qui etiam, *dando et volumen.* lib. 26, 3 [8, 14]: *ipse cognominari se frigida danda praeferens.* Ubi tamen optimus: *cognominaveri se.* Numquid, *ipse cognomen ab aegris frigida danda praeferens?* Sed ibi de aqua, hic de vino agitur. Idem codex: *qui postea vero.* Fortasse: 790
Unum de dando eo volumen Asclepiades condidit. Ab eo cognominati qui postea fuere, de volumine illo disseruere innumera.

[20, 34] *Haec tamen facere constantissime videntur sententiae victoriam*] Vox ultima non est in Vossiano, uti nec in Chifletiano. Sed Vossianus etiam: *Hae tamen*, deinde, *discriminis exigit.* Scribe: *Hae tamen facere constantissime videntur sententiae, quarum* (de Surrentino, Albano, Falerno) *mentionem fecimus. Si quis hoc quoque discriminis exigit, Falernum nec in novitate nec in nimia vetustate corpori salubre est*, etc. *Constantissime facere* est constantiores, neque ita variae, esse. Nisi malis, *facile constantissime.* Alii scripti: *Haec tamen facere constantissime videntur victoriae.*

[21, 36] *Vehementiae minus Falerno*] Chifl. et Vossiani duo, *Falerno habent.* Scribe: *Virium plus Surrentina, austeritatis Albana, vehementiae minus Falerna habent.*

[23, 41] *Curas vigoremque animi impedit*] Verbum *impedit* neque in Acad. neque in Voss. conspicuum. Nam in Gud. et Voss. duobus rursus hic lacuna a verbis, *Reliqua in commune dicentur*, usque ad *Plurimum foetu medetur. prodest erudines. item lepris.* Sic enim And. At Menap. et Gud. *Plurimum fotu medetur. Prodest contra erudines. item lepr.* Nempe reliquerat Plinius: *Vinum ieiunos bibere inutilissimum est curas vigoremque animi ad procinctum intendentibus. Ad procinctum*, id est, ad serias res agendas.

[23, 42] *Itemque iugi superbibere ebrietati quam quidem*] Ut Chiflet. et Acad. atque Voss. *ebrietatem quidem*, sine τῷ *quam.* Nec secus Pintiani exemplar: unde ille, *interque iungere ac superbibere. Ebrietatem quidem.* Scribe: *Aquae*

potum interponere utilissimum: itemque iugem superbibere. Ebrietatem quidem frigidae potus extemplo discutit. Interponere, ut Celso lib. 3, 6. *Poterit semel aut bis interponi Graecum*: et eidem lib. 4, 5. *Interponenda abstinentia est.* Martialis 1, 107. *Interponis aquam subinde, Rufe.* Suetonius Vespas. 20. *inediamque unius diei per singulos menses interponeret. Iugem superbibere*, intellige, aquam, quoties bibas, superfusam vino bibere. Ut apud Iustinum 12 [14, 9]: *in aqua frigida, quam praegustatae iam potioni supermiserunt.*

[24, 45] *Saluberrimum, cui nihil in musto additum est*] Voss. *in musta.* cap. 7 [64, 127]: *Dentium quoque dolori hic succus adpositus in lana prodest aut in cavis eorum additus.* Voss. *caveorum.* Scribe, *in cava eorum.* quod iam ex aliis libris notarunt. cap. 8 [74, 142]: *additis in singulis sextariis aquae.* Ex veteri proferunt, *in singulas singulis.* Scribe: *additis in singulas sextariis aquae.* lib. 27, 12 [potius: 27, 11, 76, 101]: *Ex hac in tres modios salivati additur, quantum in unam sagittam addi solet.* eiusdem libri cap. 12 [95, 121]: *Additur in antidota.* Sic utrobique Vossianus.

[Ib.] *Quis non etiam validus expaverit?*] Voss. *non sit validus.* Lege: *quis non et validus expaverit?*

Cap. III. [36, 73] *Item dentibus aut attritis aut convulsis*] Chiflet. *item dentibus carnem audendo attritis.* Voss. Andegav. *dentibus andodam attritis a. c.* Princeps: *item dent. carnem audenda adtritis.* Scribe: *item dentibus carne mandenda attritis.*

Cap. IV. [38, 77] *Et os quoque colluitur illo ad infirmitatem dentium*] Voss. *et de eo os quoque colluitur ad firmitatem dentium.* Eodem digitum intendit Andegav. *et deos quoque colluitur illa ad firmitatem dentium.*

[49, 94] *Proximum rosaceo effectum habens*] Vocabulum postremum ab Acad. Gud. tribusque Vossianis *νοθείας* arguitur. Forte: *Therminum e lupinis emollit proxime rosacei effectum.* Quod genus loquendi et Livio [1, 21. 2, 48] restituimus.

[51, 97] *Tussim exasperant, corpus augent*] Voss. *corpus aiunt.* hoc est, *alunt.* cap. 1. *Alvum sistit, corpus alit.* Mox, *sed corpora magis alit.* lib. 28, 9 [34, 131]: *in totum salsa minuunt corpus, alunt mollia.* Similiter Pintianus.

Cap. VI. [56, 105] *Oris suavitatem decocto eorum colluto*] Acad. Men. Gud. *decocta eorum colluta.* Voss. *decocto earum collum.* Vera scriptura est: *Faciunt oris suavitatem decocto eorum colluti aut succo expresso*: ut in Vossiano et Andegav. Sic cap. 7 [66, 132]: *Pruni folia decocta tonsillis, gingivis, uvae prosunt in vino decocta et subinde ore colluto.* Voss. *decoctae et subinde.* Lege: *in vino,*
791 *decocto eo subinde ore colluto.* lib. 24, 14 [74, 122]: *Radix ad tertias decocta alvum sistit et sanguinem, item dentes collutos.* habet et Pintianus.

Cap. VII. [63, 122] *Recolligentibus se a longa*] Quatuor, *recolligentes.* Acad. *recolligens.* Lege: *recolligenti se.* lib. 24, 6 [19, 28]: *qui longa aegritudine non recolligant vires.*

[Ibid.] *Utile et decocto earum fovere foeminas*] Annon *femina?*

Cap. VIII. [76, 146] *Item tussi et sanguinis reiectioni prodest*] Mss. *item tussis sanguinis relictio*, sine *τῷ prodest.* Recte, *item tussis, sanguinis reiectio.* Intelligitur enim ex superioribus, *sanari dicitur.* Eandem scripturam fovent omnes alii. Sic inferius [77, 148]: *Quae perveteres sunt nuces, gangraenis et carbunculis medentur:*

item sugillatis. Cortex iuglandium lichenum vitio et dysentericis. Sic Vossiani opt. et Andeg., ubi etiam alleverunt, *prodest.* Rursus eodem cap. [80, 152]: *Quin et commanducata atque devorata per triduum terna liberant tussi. Eadem suspiriis trita cum melle.* sic Vossianus. Vulgo: *liberant a tussi. Eadem prosunt suspiriis.* Acad. et alii duo Voss. *liberant a tussi. eadem a suspiriis.*

[77, 147] *Hocque minore momento sed in cibis*] Acad. et Gud. *hoc minore.* Voss. *hoc minor et tomento*; duo alii, *hoc minorem momento.* Forte: *Hoc minore tormento et in cibis nuclei faciunt.*

[78, 150] *Et pinguedini corporis conferunt*] Ex Chiflet. notant *pinguitudine.* Pintiani codex: *corporis et pinguitudini conferunt.* Voss. Andegav. *faciunt et inflationem stomachi et pinguitudinem corpori.* Probatior: *Nuces avellanae capitis dolorem faciunt et inflationem stomachi. corpori et in pinguitudini conferunt.* Lege, *in pinguitudinem*, vel, *in pinguitudine.*

AD LIBR. XXIV.

Cap. I. [1, 3] *Innumera praeterea alia*] Voss. *innumera alia praeterea.* Lege, *praetereo.*

Cap. VI. [22, 35] *Et eadem calida membrorum doloribus spasticisque*] Quatuor scripti: *Terebinthina illinitur eadem calida membrorum doloribus spatia usque in sole evellitur et totis corporibus.* Voss. *terebinthina inlinitur eadem calida memorbum doloribus.* Forte, *pernionum doloribus.* Deinde idem: *spatiatisque in sole avellitur.* Ut Terentius in Adelphis [4, 2, 46] *lectulos in sole.* lib. 20, 9 [40, 103] *eorum rubentes maxime in sole illiti.* Sequitur: *et totis corporibus mangonum maxime cura.* Intellige, illinitur et avellitur similiter.

Cap. VII. [23, 37] *Spissarum utilissima medicina est Bruttia*] Dele verbum, quod quinque membranacei ignorant.

Cap. VIII. [29, 44] *Omnibus serpentium et scorpionum venenis medentur*] Desunt in Voss. ut et in Chiflet. *et scorpionum.* Sed insuper omnes quinque nostri iubent induci *medentur.* Intelligitur enim ex praecedenti membro, *adversantur.* sic cap. sequenti [38, 61]: *Adversantur venenis serpentium.* et cap. 13 [73, 117]: *Adversantur serpentium sceleratissimis.*

[32, 47] *Verrucas papulasque et attrita corporis tollit*] Quatuor membranae: *et attritu odoratus.* Voss. et Chiflet. *ex attritu odoratas.* Lege: *Verrucas papulasque ex attritu ortas tollit.*

[36, 54] *Cedro assimilis. Et eius duo genera*] Voss. et Chifl. et Pintiani: *cedro alias similis. Et huius duo gen.* Plinii fuit, *cedro alia similis.* ut, *Omnia Mercurio similis.* Voss. quoque, *altera minuta.* Acad. et Gud. *cedri desimilis.* Andegav. *cedro ata similis.* Menap. *cedride similis.*

Cap. IX. [40, 65] *Flores apibus gratissimi*] Opt. *floris.* et suavius sonat: *Genista quoque vinculi usum praestat. floris apibus gratissimi.*

Cap. X. [48, 81] *Hypocisthis quam inter hederas diximus*] Memoriam Plinii requirit Dalecampius. Sed forte librariorum culpa est, non Plinii. Ut Salmasius tentaverit, videre licet ad Solin. p. 367. Vossianus, *inter herbas.* Scribas igitur censeo: *quas inter herbas dicemus.* et praestitit lib. 26, 8 [31, 49]. sic lib. 29, 6 [38, 180]: *Stibis quid sit, dicemus in metallis.*

[49, 82] *Tantamque vim accipiunt, ut sanguinem urina detrahant*] Quatuor
792 exarati manu: *tantam vim accipiunt*. Voss. *tantam vim accipi, ut sanguinem urina detrahat*. Belle, modo corrigas, *tantam vim acini*. Supra [47, 77]: *Acini quoque ex eadem alba terni*. et, *Eiusdem acinos quinque tritos*. De urina et sic supra [ib.]: *Aquam, quae inter cutem subierit, urina educit Erasistratus*. Sic enim et Vossianus. Pintianus scribendum arbitrabatur: *tanta vi ut sanguinem*.

Cap. XI. [61, 102] *Medetur morbo regio et ipsa decocti eius potu*] Pintianus e suo, *et ipsa decocta et ius potum*. Voss. *decocta eius poto*. Lege, *decocta eius pota*.

[62, 103] *Sacro facto priusquam legatur pane vinoque*] Voss. *pare vinoque*. Forte, *thure vinoque*.

Cap. XIII. [73, 117] *Ideoque ex eis mora vel hominibus cibos*] Acad. *Ideoque et moracis bestiis vel hominibus*. Voss. duo et Gud. *et ex moratis bestiis vel hominibus*. *Bestiis* et editum inveniebat Hermolaus, qui delevit. Opt. *Ideoque et mora his, hoc est, vel hominibus cibos dedit*. Pulchrius utique, non tantum plenius.

Cap. XIV. [74, 121] *Alia est a cappari quam medici*] Quatuor scripti: *Alia est capparin quam*. Hermolaus addidit praepositionem. Voss. *tota alia quam cappari quod medici cynosbaton appellant*. Sic lib. 20, 15 [59, 165]: *De cappari satis diximus inter transmarinos frutices. Non utendum transmarino. innocentius Italicum est*. lib. 25, 8 [54, 96]: *Ferunt bacculas parvas, ut cappari*. Sic Voss. et Chiflet.

[75, 123] *Quoniam in Ida non alias nascitur*] Salmasius in Epist. de Cruce p. 461. Plinio Dioscoridem opponit, qui πολλὴν ἐν Ἴδῃ γίγνεσθαι tradat, quum Plinius, ibi tantum nasci. Sed non tradidit hoc Plinius. nam Chifl. *aliis*. Lege: *quoniam in Ida non alius nascitur*, ut Vossianus.

[76, 124] *Is floret ramos spargens*] Duo prima vocabula nescit Vossianus contentus habere: *rhamnos appellatur a Graecis, candidior, fruticosior et ramos spargens*. Quatuor alii tamen aliquid infuscatum ostendunt exhibendo: *candidior frutex is floret*. Pintiani codex: *candidior et fruticosior et ramos spargens erectis*.

[Ib.] *Alter ille candidior adstringit*] Sic Pint., cum legeretur: *Alterque ille*. Menap. *aliter ille candidior*. Voss. *Ille autem candidior*. Vide ad Livium lib. 35, 40.

[78, 128] *Cum vino tusa sistit fluxiones*] Voss. *dulcem cumminosam sistit*. Scribebam: *cum quadam acrimonia dulcem, gummosam*. lib. 13, 11 [20, 67]: *Fit et ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummis utilissima pictoribus et medicis, similis pollini thuris, et ideo candida quam rufa melior*. Sic enim scribendum diximus. Confirmat quod de eadem scribit Dioscorides 3, 99. δολοῦται δὲ κόμμεος αὐτῇ μιγνυμένου. Vocabulum habes lib. 12, 9 [19, 36]: *Indicum humidius et gummosum*. Ubi etiam Chifl. et Andegav. *cumminosum*. Acad. Gud. Menap. *gumminosum*. lib. 22, 9 [11, 24] *foliis echinatis, pinguibus tactuque gummosis*. Voss. *cuminosis*. lib. 26, 8 [38, 60] *virus redolens gummosum*, a Gelenio, cum esset *fuminosum*. Chifl. *gumminosum*. Voss. *summinosum*. Andeg. et Acad. *cumino sub*. Quae perpetua varietas optimorum et mediocrium codicum facit, ut ipse Plinius hoc vocabulo sic formato usus videatur, *gumminosus*. nam et *gum-*

men, *gumminis* dixere. Palladius Novembri, tit. 7 [15]: *Mense Martio extremo prunus inseritur*, *vel mense Ianuario antequam incipiat gummine lacrimare*. Ita enim Mss., ubi vulgo *gummen*. [Neque hoc omnino improbamus, sed quid in membranis non unis invenerimus, significavimus. Unde possis etiam: *antequam incipiat gummina lacrimare*. Ex *Inserend.* p. 845.] Idem dixit *gumma* Octobri, tit. 12 [6]: *In cerasis hoc servandum est*, *et in omnibus gummatis*, *ut tunc inserantur*, *quando his vel non est vel desinit gumma effluere*. *Gumminosam* et Pintianus. Hoc etiam tacere non debui, semper in Vossiano, immo et in aliis, *fluctiones*, non *fluxiones*, quotiescunque id vocabulum occurrit, conspici.

Cap. XV. [81, 132] *Folio tenui lauri similitudine*] Voss. *Chamaedaphne unico ramulo est*, *cubitale ferme*, *folia tenuiora lauro folia*. *Semen rubens adnexum foliis*. Corrige leviter: *cubitali ferme*: *folia tenuiora lauri folio*: *semen adnexum foliis*. Acad. Gud. Menap. *tenui folio ut lauri semen*. Andeg. *folia tenui ut laurum folia*.

[89, 139] *Tenuem scammoniam*: *et pedales*, *foliosos*] Voss. *tenuem scammonia ramos habet bipedales foliosos non dissimiles scammoniae nisi quod*. Lege: *nonnulli tenuem scammoniam*. *Ramos habet bipedales*, *foliosos*, *non dissimiles scammoniae*, *nisi quod nigriora minoraque sunt folia*. Dioscor. lib. 4, 7. κλήματα δ᾽ ἔχει 793
μακρά, ut legit Io. Cornarius pro μικρά. Alii quoque quatuor nostri ut et Pintiani: *Ramos habet pedales*. Nempe manus secunda τὸ *BI* virgulis confixerat in optimo codice. lib. 25, 2 [6, 19] *bipedali fuit altitudine*.

[89, 140] *Ex aceto dentium dolores sedant*. *Venerem stimulant*] Voss. *Ex aceto edentium Venerem stimulant*. ut et Pintianus.

Cap. XVI. [92, 143] *Tantumque inesse ei virus*, *ut olfactum*] Voss. excludit τὸ *inesse*: et absque illo satis constat oratio.

Cap. XVII. [102, 165] *Syssitieterida a convictu in Perside nominari*] Acad. et Gudianus, *hesuttaterida*. Chiflet. *hestitaterida*. Voss. *haestitaterida*. Andegav. *hesytitateryda*. Men. *hesintarida*. Suspicor *hestiatorida*. Ἑστιατορὶς ab ἑστιάτωρ. Ut fere et Pintianus.

Cap. XIX. [120, 184] *Quod quomodo sereretur*, *suo loco docuimus*] Pronomen *quod* est a manu male sedula: certe quinque nostri consensu id condemnant. Vossiani enim ambo: *docuimus suo loco*.

AD LIBR. XXV.

Cap. I. [1, 3] *Sed culmina quoque montium*] Particula *Sed* in nullo est nostrorum. Et eleganter in talibus eam omitti saepius ad Livium et Senecam monendum nobis fuit. Sed et duo posteriores, *mira sed in his*. Vossiani, *mira si in his*. Lege: *Non aeque haec cura eorum mira est in his*.

Cap. II. [3, 7] *Libertum suum Lenaeum Grammaticae artis doctissimum*] Vox ultima est ab non doctissimo. Chiflet. et Vossianus relegant. Et eodem modo Plinius lib. 7, 39 [40, 128]: *Pretium hominis in servitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit Grammaticae artis Daphnidis*, *Cn*. *Pisaurensi vendente*. Ubi Mss. *Daphninatio Pisaurense*. Forte: *Daphnidis Egnatio Pisaurense vendente*. [Lib. 9, 8 [8, 28]: *Arionem quoque*, *citharoedicae artis*, *interficere nautis in mari parantibus*. Ex *Inserend.* p. 845.] Lib. 30, 2 [6, 18]: *quum*

adolescentibus nobis visus Apion, Grammaticae artis, prodiderit. Sic enim vult accipi: *Lenaeus Grammaticae artis.* hoc est, Grammaticus.

[6, 17] *Insanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus*] Vossianus quoque, perinde ut Chiflet., *Insanabile.* Iam semel iterumque hoc genus loquendi observavimus in membranis. Neque aliter lib. 23, 1 [7, 12]: *Saluberrimum putant uvas in aqua coelesti servatas.* Sic certe optimus codex, non *saluberrimas.* lib. 24, 1 [potius: 24, 15, 82, 133]: *Quoquo modo collecta iumentorum pecorumque oculis salutare.* Sic idem; non *collectam salutarem esse.*

[6, 18] *Contra omnium morsus esse remedium*] Voss. *remedia.* Forte: *contra omnium morsus esse remedio, alium, quam quos in priori volumine eiusdem nominis diximus.* Sic enim etiam Vossianus.

Cap. IV. [8, 26] *Laudatissima herbarum est Homero*] Voss. *clarissima herbarum est Homero teste.* Quare *τὸ teste* tollere Gelenius non debuit. Sed habuit codices, quales sequiores nostri, in quibus eadem vox desideratur.

[11, 31] *Ubi et quo fieret modo*] Voss. *et quoniam.* Lege: *Ubi et quonam fieret modo.*

Cap. V. [19, 43] *Alii quadrato caule capitibus marrubii folio quercus*] Voss. *capitolis marrubii foliis quercus.* Lege, *capitulis.* lib. 27, 9 [47, 71]: *In cacumine capitula sunt echinata spinis.* eiusdem l. cap. 11 [70, 94]: *Capitula sunt in summo caule tenuia.*

[21, 48] *Alii folia nigri platani similia*] Voss. *nigra platano.* Scribe: *Alii folia nigrae platano similia.*

Cap. VI. [29, 65] *Cannabis per ambitum incisis*] Acad. *Cannabis et pertevitabiles incisis.* Gud. *Cannabis pertomitabiles*: ut et Andegav. Menap. *Cannabis pertenutabilis.* Vossianus: *cannabis pertemitalis incisis.* Forte, *per extremitates incisis.*

Cap. VII. [38, 77] *Medici sui nomine et fratris Musae*] Ab Hermolao est. Nostri quatuor: *medici sui fratris nomine et Musae.* Optimus: *nomine fratris fuit Musae.* Lege: *quam appellavit Euphorbiam medici sui nomine. Frater is fuit Musae, a quo D. Augustum conservatum indicavimus.* Hoc quoque Pintianus.

Cap. VIII. [54, 98] *Semine pleuriticos et nervos confirmare*] Quinque nostri:
794 *pleuriticis et nervis.* Distingue: *Quae polyrrhizos cognominatur, convulsis, contusis, ex alto praecipitatis, radice pota ex aqua, utilissima esse traditur; semine pleuriticis et nervis; confirmare, excalfacere, eadem satyrion esse.* Sic enim et Voss., ut intelligas *traditur.*

[55, 99] *Polemonia vel Philetaeria*] Opt. *fileteris.* Quatuor alii, *phileteris.* Scribe, *philetaeris.* *Φιλεταιρίς*, ab eo qui regni Attalici fundamenta iecit.

Cap. IX. [64, 112] *Ex Creta radicis dulcis et magis*] Chiflet. et Voss. *ex Cretico radicis et magis.* Sed et Voss. *ad serpentes bibitur*, sine *τῷ est.* Scribe: *Ex aliis usus seminis, ex Cretico radicis est. Magis ad serpentes bibitur e vino drachma una.* Acad. et Gud. *Ex creta ducis et magis.* And. et Men. *Ex creta dulcis et magis.*

[70, 117] *Caulis est ei tenuis*] Voss. *Caulis et tenuis.* Alii omnes: *Caulis est tenuis.* Fuit ab auctore: *Caulis ei tenuis.*

AD LIBR. XXVI.

CAP. I. [5, 7] *Mox invalescente per totum corpus*] Vossiani ambo: *mox inarescente per totum corpus.* Et, ni fallor, probe: pertinet enim ad τὸ *cute.* lib. 31, 7 [39, 73]: *Horum extremitates tantum inarescunt.* Sic quoque Pintianus.

CAP. II. [6, 10] *Dioclis Carystii*] Acad. *diodi.* Vossiani tres et Gud. *Diocli.* Nimirum, ut *Pericli*, *Candauli*, *Achilli*, *Ulyssi*, *Oronti*, *Aristoteli*, *Euripidi*, *Socrati* et similia patrio casu.

CAP. III. [8, 16] *Multa quorum cura nimis anxia et rudis*] Truncatus locus. Acad. Gud. Menap. *multi quorum cura nimis anxia et rudia.* Vossianus: *Asclepiaden adiuvere multa in antiquorum cura nimis anxia et rudia.* Confirmat Pintiani codex: sed ille praeterea, *Asclepiades invenit*, exemplo, ut opinor, non bono.

CAP. IV. [9, 19] *Siccentur hodie Aethiopide*] Omnes quinque, *Meroide*, ut opinor etiam in Chifl. esse, etsi exhibuerint *merodie.* lib. 27, 7 [29, 53] dixit eiusdem herbae nomen esse utrumque.

[Ib.] *Cur nunquam Persarum regi tales dedit?*] Pintiano verior scripta lectio: *cui unquam Persarum regi talis dedita.* Neque aliter fere Chiflet. et Voss., sed scribendum detracta litera: *cui unquam Persarum regi tales dedit?* nam *talis* antiqua scriptura pro *tales*, id est, pulchros bonosque ac fortunatos liberos. Si quis ea compositione frui et gaudere debuit, is erat rex Persarum, tum ob immensas opes, tum ob curam gentis in forma regum, tum ob copiam magorum. At nemo eorum fuit, qui non liberûm alios deformes, alios sceleratos, alios infelices habuerit. Nulla igitur tam efficacem iis compositionem dare potuit Magia. Voss. Andegav. *cui umquam P. r. talis est dedita.* Menap. Acad. et Gud. *cui nunquam P. r. talis est dedita.*

CAP. VIII. [28, 43] *Avaritia expetitur: huic luxuria conditur*] Sic quidem libri. Scripsisse tamen Plinium censeo: *Huius gratia praecipue avaritia expetit.* semper ieiuna et insatiabilis esurit et sitit pecuniam. item, *huic luxuria condit.* mirificis et sumptuosis condimentis cibos apparat.

[Ib.] *Et nemo utilitatem eius aestimat*] Immo *vilitatem*, ut est in Voss. Eadem vocabula in Quintiliani declamationibus confusa saepius ostendimus.

[33, 50] *Extra aquam peculiariter refrigerat*] Verba male transposita. Scribe: *similis betae foliis*, *minor tantum hirsutiorque*, *paullum semper eminens* (hucusque Chifl. et Voss. consentiunt: quod sequitur, ex Voss. primi prodimus) *extra aquam. Usus in foliis: refrigerant, spissant; peculiariter cruribus vitiosis utilia.* Si tamen *supereminens* malis, non intercedo.

[36, 57] *Invenitur in saxosis locis*] Voss. recidit τὸ *locis.* Sic *in petrosis* 27, 5 [16, 33], *in aquosis* eodem lib. cap. 9 [47, 71 et saepe alibi].

[37, 58] *Exprimitur succus aqua madefacta, ipsa concisa*] Voss. *aqua madefactae*, *et ipsa minuta concisa.* Ut et in parte Chiflet. Legendum praeterea *minute*, vel *minutim*, vel *minutatim.* Hoc etiam credo voluisse Pintianum, etsi male sit expressum in exemplari, quo utor. Quatuor alii saltem: *aqua madefacta et ipsa.*

795 [38, 61] *Linguam excalfacit bulbi more nec ante nec postea utile*] Faciunt: *nec ante cibos nec postea utile.* Voss. *excalfacit usus bimone et cante.* ut fere et Chiflet. Scribendum: *Tithymalus linguam excalfacit. Usus bimo, nec ante nec postea utili.* Sic lib. 27, 9 [55, 79]: *Usus radicis in trimatu, neque ante nec postea.* Eodem Pintianus aurigatur.

[47, 74] *In vini non veteris cyathis IV*] Notant in Chiflet. deesse *non veteris.* Sane, ubi vulgo ponuntur, desunt et in Vossiano: at non desunt paullo post: sed est ibi: *in vini cyathis quatuor non veteris.*

[54, 86] *Leniter suave, aculeatum*] Hermolaus docet codices esse, in quibus legatur *suave leviter aculeatum*; Dioscoridem *suave* dicere, hoc est, *εὔστομον*; *aculeatum* non dicere. In margine ex Dio. notant *acutum.* Et sic legi suadet Vossianus, in quo *altius, suave leniter aculum.* id est, *suave, leniter acutum.* Δριμὺ Dioscoridi.

Cap. XI. [66, 106] *Perniunculos curat omniaque alia frigoris vitia. Perniunculos curat et cotyledon*] Verbum *curat* posteriore loco excludit Vossianus. Tres alii, iam illi quidem vitiati, sic tamen, ut ostendant inter *perniunculos* et copulativam hic nihil interiectum fuisse. Habent enim: *Cyclaminos decocta in aqua perniunculos et cotyledon cum axungia folio curat. omniaque alia frigoris vitia ex batrachio.* Men. et ipse mutilus: *Cyclaminos et cotyledon cum axungia folia curat omniaque alia frigoris vitia ex batrachio.*

Cap. XIII. [83, 132] *Tradentes quod etiam sanguinis*] Ignorat Voss. *τὰ quod etiam.* deinde idem *sistit.* Scribe igitur: *vim eius admirabilem tradentes, sanguinis profluvia vel tacto tantum ea* (hoc enim ordine Ms.) *homine sisti.*

[85, 137] *Item symphyti radicis decoctum, daucum crudum*] Acad. *dauci crudum.* Gud. et Menap. *daucis crudum.* Andegav. *daucus crudum.* Voss. *item symphytus vel radicis decoctum, daucos cruda.* Sic et lib. 25, 9 [64, 110]: *Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quae persequi nihil attinet, cum sint differentiae duae; probatissimae in Creta*, etc. Etsi hic Voss. *probatissimi.* Scholiastes Nicandri ad *Θηριακ.* vers. 94. *καρπὸν νεοθηλέα δαύκου. Τὸ δαύκου καὶ δαύχου γράφεται. Ἀντίγονος δὲ λέγει δαῦχον ὁμοίως δάφνῃ πικρὰν εἶναι. Εἰσὶ δὲ δύο γένη τῆς δαύκου, ἡ μὲν Κρητική, ἡ δὲ Ἀσιατική.*

Cap. XIV. [87, 146] *Scythica vulnera curat*] Acad. *Scite vulnera scitite curant.* Gud. et Vossiani duo, *Scythe vulnera scitice curant.* Optimus: *Stitae vulnera Scythica curant.* Lege: *Scythae vulnera Scythica curant.* lib. 27, 1 [1, 2] *Scythicam herbam a Maeotis paludibus.* sic voluit et Hermolaus.

[88, 148] *Odore quae ferro factis vulneribus commanducata*] Voss. et Andeg. *τὰ quae* et *vulneribus* esse Plinii negant. Scribe, *acri et dulci odore: ferro factis commanducata imponitur.* Nam postquam semel dixit *vulnera* vel *ulceribus*, eam vocem postea voluit intelligi ad *iis quae calceamento facta sint*, ad *inveteratis*, ad *ferro factis.* Pronomen Gud. quoque, Menap. et Acad. expungunt.

Cap. XV. [90, 151] *In universum Paeoniae herbae semen*] Voss. nescit *τὸ herbae.* Et quid eo opus? lib. 25, 4 [10, 29]: *Vetustissima inventu Paeonia est, nomenque auctoris retinet.*

[90, 152] *Nidore purgat vulvas*] Voss. hic, *corrigit*: non superiore versu, ad quem annotant ex Chiflet. Sic lib. 20, 5 [15, 30]: *suffocationes mulierum dolo-*

resque lenit in tantum, ut vulvas corrigat. lib. 24, 5 [13, 22]: *Bibitur et in difficili partu fabae magnitudine in vini cyatho vulvasque conversas corrigit.* lib. 31, 6 [33, 66]: *Mammas sororiantes, praecordia maciemque corporis piscinae maris corrigunt.* Suetonius Augusto [99]: *capillum sibi comi ac malas labentes corrigi.* Sic et codex Pintiani.

AD LIBR. XXVII.

Cap. II. [2, 4] *Quo interemptas dormientes a Calpurnio*] Quinque nostri una cum Chifletiano expunctum eunt *τὸ dormientes.* Neque id sensus requirit. Anceps autem, quod sequitur: *Hinc illa atrox peroratio, eius in digito mortuas.* Neque sic scripti. Andeg. *in digito mortuorum.* Acad. Gud. Men. *in digito mor-* 796
tuum. E Chiflet. tantum notant *in digitum.* Pintianus ex apographo suo, *in digitum. Ortum fabulae.* Salmasius ad Solin. p. 886. parte huius correctionis lucrifacta, *en digitum. ortum fabulae narravere spumis.* Qui etiam commemorat et spernit Andreae Strani *in digito mortem.* Vossianus: *in digitum mortum.* Manus secunda alterum *U* superposuerat. Cogitabam: *Hinc illa atrox peroratio eius in digitum maritum. Fabulae narravere e spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule; ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, gigni. Digitum maritum* dixere Plinius et Caecilius maritalis officii iocique specie parricidam. De hac voce lectissima congessit Heinsius ad Claudianum et Ovidium. Nam illud *ortum* (quamvis id quoque desiderarint, qui *natum tradidere* aut *narravere natum* subiecerunt) plane supervacuum est, quum *τὸ gigni* et *τοῖς e spumis Cerberi* et *τοῖς apud Heracleam Ponticam* respondeat: quae non est auferenda Plinio suavitas. Quod si cui primo aspectu videatur prius illud poscere *genitum esse,* meminerit Livii lib. 1 [cap. 3]: *Silvius deinde regnat, casu quodam in silvis natus. is Aeneam Silvium creat.* Iuvat praepositio *e,* quam sanciunt Chiflet. Vossianusque et primae editiones, amatam illi verbo.

[2, 6] *Quod si quis illa forte ab homine*] Voss. et Pintiani: *Quae si quis ulla.* Lege: *Quae si quis ullo forte ab homine excogitari potuisse credit, ingrate deorum munera intelligit.* Vossiani alteri duo, Acad. et Gud. *tactu resolvente ceditque, si quis illa certe ab homine.* media desunt.

Cap. IV. [11, 28] *Fruticem unum habet, densum, ramosum*] Quomodo habet *fruticem,* etc., si nondum constat, quae sit ambrosia? Voss. *fluctuati onam habet certam densam ramosam tenuem.* Super primam literam *τοῦ onam* est *U.* Recte, ut puto. *Ambrosia vagi nominis est et circa varias herbas fluctuati. unam habet* (nempe herbam hoc vocabulum) *certam densam, ramosam.* Quatuor alii: *circa alias herbas fruticum unam habet densam ramosam tenuem.* Nec vero *fluctuati* mutandum in *fluctuantis.* Vide 4. Observ. 6 [p. 538. — p. 386. Frotsch.].

Cap. V. [17, 34] *Huius foliorum iure in aceto decocto per dies XL poto*] *Τὸ iure* nec in Voss. neque in Chiflet. est. Men. *vis.* And. Acad. et Gud. *ius.* Dein primus *decocta.* Item *per dies XXX.* Chiflet. et omnes denique *potu.* Scribendum videtur: *Huius foliorum in aceto decoctae per dies XXX. potu lienem absumi aiunt.* Sed *quadraginta* ex Dioscoride Hermolaus.

[20, 37] *Ferulaceos, omnino rubentes*] Voss. *omnia rubentes.* ut lib. 24, 8 [36, 54] *alia similis* [ubi tamen Sillig: *alias similis*]. Tertullianus *cultum omnia candidatum.*

[22, 39] *Imponi et bibi iubent folia*] *Τὸ iubent* nostri quinque omnes ignorant. Iure. intelligitur enim *apud auctores repperi.*

Cap. VI. [24, 42] *Convulsis, lieni, interaneis*] Quomodo imponitur *interaneis*? Lege cum Vossiano: *Luxatis quoque imponitur et contusis: lenit interanea: alvum sistit cocta,* etc. *Contusis* et Chiflet. Pintiani quoque codex *lenit,* unde ille facit *leviter.*

Cap. VII. [28, 45] *De usu eius convenit dicere herbae facillimae*] Vossianus iubet deleri *τὸ dicere.* Neque est, cur ei adversemur.

[28, 49] *Alii pueris folia in fico sic ut amaritudinem*] Nonnulli *ut sic* faciunt. Quatuor membranae, *fico siccat amaritudinem.* Praecipuus vere: *Alii pueris in fico sicca, ut amaritudinem fallerent.* Notum illud Lucretii [1, 936. Lachmann.]:

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore.

Eam vicem hic praestant Caricae. Lib. 15, 18 [19, 70] *siccandis haec in sole aptissima.* lib. eodem cap. 29 [potius: 28, 34, 117]: *Detrahitur haec* (cutis) *ficis virentibus, ut putamen; eadem in siccis maxime placet.* lib. 20, 15 [Est vitium in numeris. Locum diu quaesitum reperire non potui. Sed alium substituo, 24, 5, 10, 16. *In vino potus illitusque, cum fico sicca pingui vitia testium sanat.*]: *Decoquitur alias in mulsa aqua aut fico sicca.* lib. 23, 7 [63, 121]: *Siccae fici stomachum laedunt, gutturi et faucibus magnifice utiles.* Idem Pintianus.

[28, 50] *Aut si manat sanies, cum melle tritum*] Gud. et Voss. duo: *manet sanies.* Opt. *Aures decoctae eius vapor* (sic et Chiflet.) *suffitu sanat: si manent sanie, cum melle tritum.* Sic Tacito 2. annal. 23. *alvei manantes per latera.* Ubi vide quae diximus.

797 Cap. XII. [105, 130] *Sive intus sive extra purulentis exscreationibus*] Voss. *sic et in tussi uetere a purulentis.* His male lectis monstrum illud vulgatae fecerunt iam in scriptis sequioris aetatis. Emenda: *Si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur: sic et in tussi vetere ac purulentis exscreationibus.* lib. 21, 19 [77, 132]: *in tussi vetere radices eius tres quatuorve decoquunt.* lib. 22, 23 [49, 105]: *Anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.* lib. 23, 8 [78, 150]: *Tussi quoque veteri tritae, in aqua mulsa potae.* Sic quoque Pint.

[Ibid.] *Singultus, tormina, asperitates*] Voss. *herbetas.* Numquid, *singultus, tormina, herpetas, capitis gravitates*? id est, *ἕρπητας* vel *ἑρπηδόνας*, ulcera manantia vel serpentia. Psellus: *Ἕρπης, πάθος ἐξ ξανθῆς χολῆς ἀμιγοῦς ἑτέρου χυμοῦ κατά τι μορίον συνιστάμενον.*

Cap. XIII. [110, 137] *Inlinitur lentigini, et cum inaruit, teritur*] Voss. *deteritur.* recte, nisi malis *detergitur.*

AD LIBR. XXVIII.

Cap. I. [init.] *Remedia auferrent transversos*] Voss. *traversus.* Alter *traverso.* Sic lib. 21, 4 [10, 21]: *tralatione quoque, ut vites, optime ocyssimeque provenit.* lib. 29, 3 [10, 35]: *donec candida fiat ac tralucida.* Eodem lib. cap. 4 [27, 87]: *distinguente linea alba et traversum altera.* lib. 31, 7 [39, 80] *glebis paene tralucentibus.* ibidemque *tralucidus et odoratissimus.* lib. 33, 6 [33, 101] *candidae nitentesque, non tamen tralucentes.* Eodem libro cap. 9 [43, 129] *depressa an elata, traversa an obliqua.* lib. 35, 11 [40, 126]: *adversum eum pinxit, non traversum.* lib. 35, 14 [49, 173]: *tralatam tamen magis mirabantur.* lib. 38, 8 [potius: 36, 8, 12, 61] *maculosi atque non tralucidi.* Sic omnibus his locis liber optimus.

[2, 4] *Ut viventibus poculis comitiales morbi*] Sic Gelenius, cum ederetur: *ut bibentibus populis procul sint comitiales morbi.* Pintianus reddidit: *ut procul sint comitiales morbi*, extrito τῷ *bibentibus*: cum in scripto reperisset: *ut bibentibus populis comitiales morbi*: quod etiam in Chiflet. notatum. Quatuor penes nos: *ut bibentibus procul sint comitiales morbi.* Praestantissimus: *ut viventibus populis comitiales morbi.* Coniicio: *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, ut iuvantibus poculis, comitiales morbi.* Fortasse morosum minus alicui videretur: *ut iuvantibus poculis comitiales morbos.* Sed quia omnes scripti fovent τὸ *morbi*, et id dictioni Plinii satis congruit, illud praefero. *Comitiales morbi*, inquit, id est, comitiali malo adfecti, sanguinem quoque bibunt gladiatorum, tanquam *iuvantibus poculis*, adversus eius morbi diritatem.

[2, 9] *Aeque moriere etiam, cum obscoenus*] Pintianus e cod. suo probat *quam obscoenus*: ut et est in Vossiano: tamen ea particula locum hic habere non videtur. Hoc enim dicit, non magis fore ut mortem effugiat, qui proferre vitam sibi videatur obscoenus aut nefandus ob Thyestaeas epulas aut ob hominem impensum, quam si mansisset purus et anima sancta atque istius culpae inscia descendisset ad manes. Recte igitur *quum* vel *cum* inde fecerunt. Facilius ferrem τὸ *quam*, si τὸ *etiam* abesset.

Cap. II. [3, 10] *Quod si verum est, homini acceptum ferri oportere*] Vossiani tres, Gud. Acad. *acceptum fieri oportere.* sic lib. 34, 14 [39, 138]: *Quamobrem culpa eius non naturae fiat accepta.* et eodem [l. cap. 41, 142]: *In Cappadocia tantum quaestio est, aquae aut terrae fiat acceptum.* lib. 8, 17 [22, 61]: *Nam quae de infantibus ferarum lacte nutritis, cum essent expositi, produntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta fieri aequius, quam ferarum naturae, arbitror.* Sic enim Chiflet. et Vossiani duo, ubi vulgo etiam *ferri.* Scio tamen lib. 2, 7 [5, 23]: *huic omnia expensa, huic feruntur accepta.* et lib. 12, 18 [41, 82]: *quae hoc acceptum superis ferat.* Plinius alter lib. 2. epist. 4 [2]: *quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri iubeo.* Ubi tamen membranae Acad. non spernendae, *acceptum tibi fieri.* Nam et sic lib. 6. epist. 34 [3]: *tu tamen meruisti, ut acceptum tibi fieret.*

[Ibid.] *Quippe victimas caedi sine precatione non videtur referre, nec deos rite* 798
consuli] Haec esse corruptissima exclamat Salmasius ad Solinum p. 585. nec sententiam ullam, bona quae sit, efficere: veteres libros omnes legere, *referri*

adeo rite consuli: restituendum autem, *Quippe victimas caedi sine precatione non videtur referri ad deos, rite consuli.* At hoc mihi multo molestius ad aures accidit. Quod ille omnibus in vett. libris esse ait, exstat etiam in nostris, sed sequioribus. Vossianus nihil demutat, nisi quod habet *aut deos* pro *nec deos.* Utram autem particulam recipias, plana erit sententia. *Sine precatione caedi victimas referre* (i. e. prodesse sacrificia, vel caedi utiliter victimas) *aut deos rite consuli non videtur.* Item, *Sine precatione non videtur referre* (id est, nihil iuvare putatur, nihil prodesse vulgo creditur) *caedi victimas, nec* videtur *deos rite consuli.* Quo significat necessario preces adhibendas. Unde apparet etiam error Iac. Gutherii lib. 4. de iure Pont. cap. 14., qui *victimas caedi sine precatione non videri referre* accipit quasi diceretur, nihil interesse, preces ad sacrificium funderentur, annon, eoque τὸ *referre* delet. Quis est qui confiteatur sese ignorasse *refert* esse interdum, ad rem pertinet, iuvat, utile est? Plautus Curcul. 4, 3 [vs. 23]: *quid refert me fecisse regibus, ut mihi obedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit?* Epidico 1, 2 [vs. 13]: *nam quid te igitur retulit Beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est?* In hoc tamen tota difficultas. *Non videtur referre victimas caedi sine precatione* est, non videtur ad rem pertinere, nihil agitur sacrificando sine precibus.

[3, 13] *Confitendum sit de tota contestatione*] Pintianus: *Quod si semel recipiatur, ea ratione et deos,* etc. *confitendum. Sed dempta contestatione prisci quidem nostri perpetuo talia credidere.* Voss. et Chiflet. *coniectione.* Idque censeo admittendum; in caeteris mutandum nihil. Perinde est ac si dixisset, de tota lite, de tota quaestione. Verbum iuris est *coniicere causam.* Duodecim apud Gellium 17, 2 [10]: *Ante meridiem causam coniiciunto* [Hertz: *coniciunt*]. Ubi frustra sollicitant. Afranius [apud Non. p. 267, 31]: *Causam coniicere hodie ad te volo. Ambon' adestis? profuturos arbitror.* Gellius ipse 5, 11 [apud Hertz. 5, 10, 8]: *Litem cum Euathlo contestatur, et quum ad iudices coniiciendae consistendaeque causae gratia venissent.* Quemadmodum autem multae aliae locutiones, quae proprie partem et actum unum e multis forensium solennium significant, pro tota actione saepe ponuntur, ut *postulare*, *iurare calumniam*, *subscribere*, pro accusare: sic et *coniicere causam*, proprie pars et initium agendi, interdum nihil aliud fuit quam *agere*, ut Nonius interpretatur, quod excusabile mihi satis videtur: etsi P. Faber haudquaquam sese id probare scribat. Hinc etiam solum *coniicere* est contendere, certare. Idem Afranius [p. 267, 30]: *Noli mater me praesente cum patre coniicere, non, si me vivum vis, mel meum.* Inde quidam paullo ulterius progressi *coniectionem* pro causa sive controversia dixere, Pliniusque hic eos imitatus. [Neque hic tantum, sed et libro 2, 7 [5, 21]: *Invenit tamen inter has utrasque sententias sibi ipsa mortalitas numen, quo minus etiam plana de Deo coniectio esset.* Sic enim eum scripsisse mihi persuadeo, etsi sit in libris *coniectatio.* Eodem cap. extremo [5, 27]: *in haec divertisse non fuerit alienum vulgata, propter assiduam quaestionem de Deo.* Nempe *Coniectio de Deo* est *Quaestio de Deo.* Ex *Inserend.* p. 845.]

[4, 15] *Missis ob id a Senatu legatis*] Hermolai est, quum Io. Andreas edidisset: *missis ob id a se legatis.* Certe a rege potius quam a senatu missi sunt, teste Dionysio lib. 4 [59. Vol. II. p. 784. Reiske]. Voss. *missis ob id a delegatis.*

Men. *ob id a se elegatis.* Forte: *missis ob id ad se legatis.* Sequitur enim statim *Hetruriae celeberrimus vates.* Eum respicit pronomen.

[4, 18] *Ampliorem locum apud Romanos cultumve*] Nec τὸ *locum*, nec τὸ *ve* locum habent in Vossiano, sed tantum: *promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum. Et durat in pontificum disciplina id sacrum.*

[4, 20] *Et quae ridicula videri cogit animus*] Vossianus: *et quae inridicula.* Non temere est. Plautus Casina 5, 2 [vs. 7]: *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita nunc inridiculo sumus ambo.* Poenulo 5, 4 [vs. 16]: *Neque ab iuventute ibi irridiculo habitae.* Quemadmodum *irridere* est ridere, ita *irridiculus* est ridiculus.

[4, 21] *Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari*] Voss. ut et Chiflet. *auxiliare.* Optime. Ovidius lib. 7. metam. [vs. 138]:

Neve parum valeant a se data gramina, carmen
Auxiliare canit.

[5, 22] *Licet hanc in partem singulorum quoque conscientiam coarguere*] Voss. quoque, ut Chiflet., *Libet hanc partem*, neglecta et praepositione: sed Vossianus 799
insuper *conscientia.* Egregie. *Libet*, inquit, *hanc partem singulorum quoque conscientiâ coarguere.* Et quae sequuntur, sunt, quae singuli se facere sibi erant conscii.

[5, 23] *Cur sternutamentis salutamur?*] Men. Acad. et Gud. *salutamus.* Andeg. *cur sternumtis salutamus.* Ex Chiflet. afferunt: *alia sternutamentis salutamus.* Praecipuus noster manu prima: *alia sternuentis salutamus.* Posterior manus inducto τῷ *alia* superposuit *cur*, tum literam *M* voci sequenti, quasi interiiciendam inter *U* et *E*, ut fieret *sternumentis.* Sed vera lectio est: *cur sternuentes salutamus?* Catullus [45, 18]: *Dextram sternuit approbationem.* Ovidius [Heroid. 18, 151]: *Sternuit et lumen.*

[5, 28] *Atque a digito indice multorum pecuniae religiosum est*] Praepositionem ignorant Mss. An *atque digito indice moveri pecuniam religiosum est?*

Cap. III. [6, 30] *In dolium serpentium coniectus*] Voss. *in nidulum serpentium.* Quidam m. p. *in dolum.*

Cap. IV. [6, 33] *Pythagorae inventis non temere fallere*] Vossianus, *E Pythagorae inventis non temere fallere.* Neque aliter codex Ferdinandi Nonii. Ponit idem considerandum, an sit peccatum in serie ac dispositione verborum; quantum enim assequatur coniectura, scribi debere hoc pacto: *E Pythagorae inventis, non temere fallere impositivorum nominum clauditates oculorumve orbitates ac similes casus, imparem vocalium numerum dextris*, etc. Quid sibi velit, ignoro: nihil autem in Plinio traiiciendum esse satis acceptum habeo. Initium huius capitis pendet a fine praecedentis, quippe cum harum sectionum auctor ipse non fuerit. Intelliges igitur inde, *qui sciat* illud ex inventis Pythagorae non temere fallere. Quod illud? Nempe prout impositivum cuiusque nomen vocalibus constet paribus imparibusve, si cui eveniat, ut claudus fiat aut cocles, si nomini eius impositivo sint impares vocales, dextro pede claudum aut oculo dextro captum fore; si pares, laevis. *Oculive* Chiflet. et Voss., non *oculorumve.*

[6, 34] *Elide solebat ostendi Pelopis costa*] Voss. *Pelopis ostiliani.* Quatuor alii *ostilia* vel *hostilia.* Lege: *Pelopis scapula.* Humerus, ὠμοπλάτη.

*

[7, 35] *Spei alicuius audacioris*] Frustra Pintianus venditat *audaciores.* Neque enim emimus vel titivillitio. *Spes audacior* est, quae Iustino *spes improba.* lib. 22 [7, 4]: *qui spe improba regnum totius Africae amplexus.* lib. 29 [2, 2]: *imperium spe improba totius orbis amplexi.*

[7, 39] *Nos si haec et illa credamus rite fieri*] Omnes quinque: *Eos haec credamus rite extranei. Τὰ si, et illa, fieri,* nusquam. Deinde optimus: *quanquam illos religione mutuatur.* Locus est egregius et dignus quem assequamur. Quod sic tentabam: *Eis haec credamus. item extranei interventu, aut si dormiens spectetur infans a nutrice terna adspui. quanquam illos religione tutatur et Fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos: qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur; et currus triumphantium, sub his pendens, defendit medicus invidiae: iubetque eosdem respicere similis medicina linguae, ut sit exorata Fortuna gloriae, a tergo carnificem.* Dixerat superius [7, 37]: *Credamus ergo et lichenas leprasque,* etc. Huic respondet, *Eis* (Marcioni, Opilio, Salpae) *haec credamus,* et quod sequitur. *Illos* puta infantes, quos adspuendo terna tutari volunt nutrices, *religione tutatur et Fascinus,* cuius insigne amuletum suspensum e collo gerebant. *Iubetque eosdem recipere* etiam Vossianus Iohannisque Andreae et hanc secutae editiones: sed quem sensum eorum fingunt Turnebus et Dalecampius, nulli, opinor, sano probaverint: et frequenter haec duo verba confudisse librarios observavimus. Fascinus autem sub curru pendens iubere sive *recipere* sive *respicere* quemadmodum potest dici? At *similis* Fascino *medicina linguae*, id est, servus publicus, alter invidiae medicus (qui portatur eodem curru, et identidem canit, *Respice post te*), quum ibidem sit *κώδων* et *μάστιξ*, instrumenta carnificis, quomodo iubeat triumphantes *a tergo respicere carnificem,* facile mihi capere videor. Mirum autem, in quatuor codd. eandem lacunam continenti scriptura dissimulari. Sic enim omnes praeter optimum: *qui deus inter sagora*
800 *eadem strigmenta a balneis et ideo miscent suppuratoriis* etc. Media desunt. Acad. *inter sacra eadem strigmenta.*

[9, 42] *Partus accelerat vicinos*] Voss. *partus celerat hecmos.* An *haerentes?*

[10, 43] *Comitiali morbo lapsorum*] Ex Chiflet. notant *malo cum lapsorum.* Voss. *conlapsorum.*

[12, 48] *Atque ita inguina alligantes licio. Et clavum*] Voss. *inguini adalligantes liceo.* Forte: *licium telae detractum alligantes novenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguini adalligantes. Licio et clavum aliudve, quod quis calcaverit, alligatum ipsos iubent gerere, ne sit dolori vulnus.*

[13, 52] *Ulceribus senum puerorumque*] Voss. *quoque rarumque.* An *puerperarumque?*

[14, 56] *Mero ante somnos colluere ora propter halitus*] Voss. *propter nolitus.* Quod Acad. et Menapius reddiderunt *propter anhelitus.* Non videtur tamen satis rationis, quare discedatur a vulgato, quod in And. est et Gudiano.

Cap. V. [14, 56] *Sicut totius corporis valetudini in varietate victus observata*] Dalecampius, *valetudinem iuvari ratione victus observata,* longe a mente Plinii digressus. Acad. *victus et observata.* Chiflet., tres Vossiani Gudianusque: *inobservata.* Scribe: *sicut totius corporis valetudini varietatem victus inobservatam.* Intelligendum enim ex praecedenti capite (neque enim eam distinctionem

agnoscit liber fidelissimus) *saluberrimam esse certa experimenta sunt.* Lex eadem quae Celsi Cornelii [1. p. 19. Bip.]: *Sanus homo, qui et bene valet et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico neque iatralipta egere.* Vox, qualis Suetonii Augusto 76: *Vescebaturque et ante coenam, quocumque tempore et loco stomachus desiderasset. Ex hac inobservantia nonnunquam vel ante initum vel post dimissum convivium solus coenitabat, quum pleno convivio nihil tangeret.* Sed Suetonius loquitur de permissa sibi ab illo principe licentia tantummodo, quod ad tempus cibi sumendi, et ventrem ei fuisse solarium, ut parasitus apud Plautum et de Persis Ammianus iocantur. Nimis enim laxe interpretantur indifferentem circa rationem victus animum, contrarium morositati certis legibus adstrictae. Plinii mentem recte cepit et Hermolaus Barbarus.

[Ibid.] *Ultimoque probro manus in cibis triumphali seni deducebatur*] Hoc a Gelenio, quum esset, *maius in cibis triumphalibus sedenti dicebatur*, aut *in cisiis triumphalibus*, quod ex Hermolao, ni fallor, admissum est. Pintiani liber, *ultimoque probrum manus in cibis. triumphali sede utebatur.* Sensum procul dubio deprehendit Gelenius. Sed Vossianus praecipit: *ultimoque probro manus cibis triumphali seni deiiciebatur.* Est ibi quidem etiam *probrum* et *deiciebatur*: verum hic Hermolai digitus ad ista. Idem Chifletiana membrana significat. Idem Voss. duo alii, Acad. et Gud., qui *ultimoque probro manus in cibis triumphalis enim deidicebatur. Pudenda re* omnes: male Pintianus *res*, immemor illius, de quo supra 22, 7 [7, 15] *magno solatio*, et moris Plinio frequentissimi. Peius idem, *hanc mensae*, pro *hanc de se*, quod tamen adeo placuit auctori, ut id maluerit, quam *in se*: et merito. Pessime omnem hunc locum falso suspicatur attribui Plinio, et cum forte in margine libri adscriptus esset, a librario per ignorantiam huc insertum, quippe qui ad praesentem materiam nihil faciat. Nescio quo pacto vir praestantissimus iniquior est narratiunculis et fabellis, quibus operis sui severitatem condivit Plinius, tam suavibus et delicatis, ut facile Siculas et Sybariticas mensas prae illis spernas. Hanc autem satis tuetur auctor ipse lib. 35, 18 [58, 200] uno vocabulo, quum ait *rectorem L. Luculli.* Sic enim et Voss. Acad. Gudianus, Menapius. nam Andegav. nos destituit cum fine fere libri 32.

Cap. VI. [17, 64] *Quippe cum Hercules eum prodiderit*] Sic Hermolaus. Sed, ut antea edebatur, Voss. *Herculaneum prodiderit.* An *Herculaneam*, ut *vim* intelligatur? *Prodiderit* est: fecerit, vel effecerit vi quadam magica. Pintianus haec verba adulterina esse suspicatur. Sed ille huius suspicionis nimius.

[18, 67] *Confestim perfuso canis morsu*] Voss. *confestim per se canis morsu.* Vel, inquit, per se sine alio adiumento imposita vel in spongia lanisve *morsui*, 801
si malis. Sic c. 7 [23, 85] *cinerem per se rosaceo mixtum.* Cap. 9 [37, 142] *Et per se axungiam.* Sic saepe alibi.

Cap. VII. [23, 79] *Aut in virginea aetate spontanea*] Pintianus scribendum putat: *aut in virginitate sponte absumpta.* Gud. Menap. Acad. carent τῷ *spontanea.* Vossianus: *virgine etatis sponte.* Quod sincerum puto: *si purgatio illa post virginitatem prima sit aut in virgine aetatis sponte.* Mutatum ab illis, qui nesciebant, quod esset τὸ *sponte*: quod interdum ponunt Latini pro eo, quod alias dicunt *opera, studio, beneficio, culpa, facto.* Tacitus l. 6 [31] annal.: *nomine tantum et auctore opus, ut sponte Caesaris, ut genus Arsacis, ripam apud Euphratis*

cerneretur. lib. 12 [42] annal.: *Transfertur regimen cohortium ad Burrhum Afranium, egregiae militaris famae, gnarum tamen, cuius sponte praeficeretur.* Columella lib. 9, 4 [4, 2. p. 436. Schneid.]: *Et utraque cytisus, est enim sativa, et altera suae spontis.* Plinius lib. 10. cap. 54 [75, 153]: *Quaedam autem et citra incubitum sponte naturae gignunt, ut in Aegypti fimetis.* Subiecerunt nonnulli *sponte natum gignit,* quod longe infra illam est elegantiam. Caeterum hic me rursus destituit Andegav., cui desunt omnia ab istis verbis cap. 7 [21, 73]: *sistit odor gravior sit ut ple* usque ad cap. 11 [49, 182]: *contractum ut confestim colluantur vino.* sic enim utrobique legit.

[23, 86] *Si transferunt morbos ad innocentiores*] Quis hoc decernet, ad magis an minus noxios transferantur? Praepositio *ad* non in Academ., non Gud., non Men., non Voss. conspicua est. Haud dubie, ut decet: scribendum enim, *quanta vanitate, si falsum est? quantave noxia, si transferunt morbos? Innocentiores ex his omnium digitorum resegmina unguium ad cavernas formicarum abiici iubent.* Ubi tamen Voss. *ibici,* et supra primam literam *O,* quasi velit *obiici.* Et est in eo nescio quid salis: nam *obiici ad cavernas* videtur dictum, ut apud Livium *oppositi ad exitus claudendos.* Cicero lib. 6. fam. 4: *ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus.* Idem in Pisonem [30. init.]: *qui non notam opponas ad malum versum, sed poetam armis persequare. Innocentiores ex his,* puta *magis.* Et hoc fere Pintianus.

Cap. VIII. [29, 117] *Si ex corio chamaeleontis herbae succus bibatur*] Ex Chiflet. affertur *chamaeleonis succus herbae.* Sed praeterea Voss.: *chamaeleonis succus herbae debente bibatur.* Academ. *herbe habente bibatur.* Menap. et Gud. *hebente.* Numquid *herbae gentilis?* i. e. cognominis.

[Ibid.] *Intestina et fimum eorum*] Qui Chiflet. contulit, notavit ex eo *falsum,* et coniicit *fartum.* Quod ille coniicit, id ipsum est in Voss. manu prima: *Intestina et fartu meorum*: sed inducto eo altera manus supra scripsit *partem.* Gud. et Menap. *intestina et sartis meorum.* Acad. omissa dubia voce: *intestina et eorum.*

[Cap. IX, 33, 125] *Nunc revertemur ad nostrum orbem*] Voss. *praevertens.* Lege, *praevertemur.* i. e. potius nos vertemus. Sic cap. 11 [potius: 10, 45, 162] huius libri: *Hinc deinde praevertemur ad genera morborum.* Et cap. ult. [extr.]: *Hinc deinde praevertemur ad animalia sui generis.* id est, primum vertemur. lib. 30, 10 [24, 82]: *Nunc praevertemur ad ea, quae totis corporibus metuenda sunt.* Haec tot locis consentiens praestantissimarum membranarum scriptura est.

[33, 129] *Aut si in exitu cibi rosiones sentirent*] Voss. *aut si exitus cibi rosiones sentirent.* Exquisitius. Mox, *si hoc non esse e caprino.* Lege, *si hoc non esset, caprini.*

[37, 141] *Peculiare emplastrum LXXXV. pondo*] MS. *Facit et peculiare emplastrum* LXXV. *X ponderi centum spumae argenteae mixtis.* id est, septuaginta quinque denariûm ponderi centum denariis.

Cap. X. [42, 152] *Verrinum iecur exemptis duntaxat fibris quatuor obolorum pondere*] Voss. *verrinum iocus et fellis dumtaxat fibra* (consentit hactenus Chiflet.) *X IIII. pondere.* hoc est, denariorum quatuor. Gud. et Menap. *Verri-*

num et iecore fellis dumtaxat librae pondere. Ut et Academ., nisi quod *ciccore* pro *iecore.*

[Ib.] *Cineremque eorum potum vel illitum*] Voss. *cinereque et cornu.* Scribe: *cineremque e cornu potum vel illitum*: ut Gud. Academicus, Menapius.

CAP. XI. [47, 167] *Cervini cornus cinere scabritias eorum inungunt*] Vossianus, *scabricias eadem.* Lege, *scabricias eorundem inungunt.* Acad. Gud. Men. *eodem unguine sanat. mucrones etiam ipsos.*

[47, 172] *Sedat caliginem fel cum passo*] Ex Chiflet. praebent *caligines.* Sed 802
praeterea Vossianus: *item pulmonem leporis. Et ad caligines fel cum passo aut melle.* Idque multo commodius orationi, cum praecesserit: *Ad omnia inveterata.*

[49, 181] *Dentibus caninis maxime simile*] Voss. Gud. And. Menap. *dentibus caninis maximis simile.* Hoc lib. cap. 19 [78, 257]: *Dentes quidem eorum maximi equis alligati.* Lib. 30, 4 [8, 21]: *Caninus dens sinister maximus.* Acad. quoque *maximis.*

CAP. XIV. [58, 202] *Assum suillum vel hircinum decoctum in vini hemina*] Voss. ut et Chiflet. *decoctum ad quintam heminam in vino.* Lege, *decoctum ad quintam heminae in vino.* Quatuor alii: *decoctum eminam in vino.*

[58, 203] *Cum cyclamini succo et aluminis modico*] Voss. et Pintiani: *et aluminis momento.* Pulcherrime, nam pondusculum est certum. Lib. 30, 7 [19, 56]: *ut cinis earum bibatur in vino, addito resinae momento.* Eodem lib. cap. 11 [28, 93]: *sordes aurium aut mammarum pecudis denarii pondere cum myrrhae momento.* Cap. 15 [48, 140]: *Somnos allicit oesypum cum myrrhae momento in vini cyathis duobus.*

[58, 208] *Protinusque modice frigidam sorberi iubent*] Acad. *protinusque huiusmodi frigidum.* Tres alii, *protinusque modi frigidum.* Antiquissimus et Chiflet. *protinus lique.* Unde coniiciunt, *protinus aliqui.* Sed Vossianus etiam *frigida.* Scribe igitur: *ut per se hauriatur protinus, inque modice frigida sorberi iubent.* Sic mox [58, 210]: *uti protinus hauriatur frigida aqua.*

CAP. XV. [60, 214] *Fimum etiam prodesse cum melle dicunt*] Vox ultima non est in optimo, et suspicor inculcatam ab aliquo, qui parum meminisset passim Plinio *fimum* dici neutro genere, cum et ex *prode* cum superposita virgula liceret ei facere tam *prodesse* quam *prodest.* Sed Plinii fuerat: *fimum etiam prodest cum melle aut cum aceto.* Sic cap. 17 [67, 230]: *Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est.*

[60, 215] *Testium tumor cum sevo vituli addito nitro cohibetur*] Voss. expungit *τὸ cum*: et eo non aegre caret oratio. In quatuor aliis deest vox *tumor*, latens scilicet in praepositione.

CAP. XVI. [63, 225] *Asini cerebrum ex aqua mulsa, infumatum prius in foliis*] Hermolaus, *in soliis.* Pintiani liber, *in sulti semuncia.* Vossianus: *prius in fulti semuncia.* Fortasse: *infumatum prius, in pulte, semuncia per dies.* Sic cap. sequenti [67, 230]: *Caprae sevo in pulte alicacea et phthisin et tussim sanari.*

CAP. XVII. [68, 232] *Fimi taurini maxime, sed et bubuli, de armentivis loquor*] Sic Vossianus, perinde ut Pintiani codex. nam *armentivis* tres quoque alii. Men. *armentis.*

AD LIBR. XXIX.

[Init.] *Quamquam non ignarus sim*] MS. *Naturae remediorum atque multitudo instantium ac praeceptorum plura de ipsa medendi arte cogunt dicere, quamquam non ignaros nulli ante haec Latino sermone condita, ancepsque lubricum esse rerum omnium novarum, et talium utique, tam sterilis gratiae tantaeque difficultatis in promendo.* Sic Vossianus et maiorem etiam partem Chifletianus: neque aliter legendum est. *Praeceptorum* est anticipatorum, occupatorum: nisi malis *perceptorum.* Pintianus ex apographo: *ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum principium.* Sed hoc condiderunt, qui non intelligebant τὸ *lubricum* esse hic positum, ut cum dicitur *lubricum iuventutis.* τὸ *ac* recte sustulit Gelenius. Neque id alii quatuor nostri agnoscunt.

[5, 6] *Dissederuntque eae scholae: et omnes eas damnavit Herophilus*] Quatuor nostri, *Dissederuntque ex schola.* Antiquior *haediscole.* Lege: *Dissederuntque hae diu scholae.*

[Ib.] *Qui quae inter initia scripsit*] Hermolaus, *sed quae inter initia scripsit illo mox rec. a vita ad sua placita mutavit*: aut, *seque inter initia adscripsit, illo mox rec. a vita sua placita mutavit.* Voss. *seque inter initia adscripsit illi mox procedente vitia sua et placita.* Ut fere et Chiflet. Forte: *Auditor eius Themison*
803 *fuit, seque inter initia adscripsit illi, mox recedentis a vita sua ad placita mutavit.* Primum sese Asclepiadeum professus est; dein mortui placita mutavit ad sua. Men. et Acad. *fuisse qui inter initia.* Gud. et Andegav. *fuisseque inter initia.* Pintiani codex prorsus ut Vossianus: ipse, *procedente avaritia.*

[5, 10] *Qua de re exstat etiam Annaei Senecae stipulatio*] Gud. Men. Acad. *astipulatio.* Vossiana et Andeg. *adstipulatio.* id est, adfirmatio de sese.

[Ib.] *Animas statim nostras negotiari*] Vossianus, ut Pintiani, *anima statim nostra negotiari.* Lege: *Nec dubium est omnes istos famam novitate aliqua aucupantes animae fatum nostrae negotiari.* id est, periclitando vitam nostram pecuniam quaerere, discrimen animae nostrae in negotio et quaestu habere. Nisi tamen malis *statum*, id est, salutem. nam *status* est salus rei familiaris, de quo usu vocabuli diximus ad Plinii minoris epistolas [10, 24]. Et *stare, sistere, sisti* eleganter est salvum esse, de quo ad Livium [4, 40, 9]. Verum hoc puto et auctore nostro dignissimum.

[6, 13] *Vulnerarium eum tradunt fuisse vocatum mireque*] Chifl. Vossiani tres, Acad. Gud. *eum fuisse credunt mireque*, sine τῷ *vocatum.* Sed neque *credunt* neque *tradunt* hic locum habet: pendet enim oratio ἐκ τοῦ *Cassius Hemina auctor est.* Lege: *Vulnerarium eum fuisse e re dictum, mireque gratum adventum eius.*

[Cap. I. [8, 18] *Sed decuriae pro more censuris principum examinantur*] Vix est locus in Plinio alius, in quem ab interpretibus tot res mirae coierint. Step. Aquaeus haec ita superioribus nectit: vult significari, si moriatur aegrotus, non argui erroris culpaeve medicos, sed alios; non illos, sed hos examinari, velut soleant iudicio principum decuriae a decurionibus examinari de statu ordinis, aut re aliqua militari, et spectante ad rem. Omnia imaginaria et nihil ad rem spectantia. Medicos cum iudicibus confert Plinius, tanquam utrique fata et fortunas hominum in ditione habeant, et quanto maiore providentia iudi-

cibus bona et vitae quam medicis committantur, ostendit. *Decuriae* sunt iudicum, et quidem quinque. Prima *senatoria* erat, Ciceroni appellata 1. Verr. extremo et 2. libro, cap. 32. Altera *equitum* a Gracchanis temporibus. Tribuni aerarii, qui tertiam faciebant, sublati a Iulio, ut tradidit Sueton. c. 41., inter huius mortem locum fecerunt decuriae *centurionum* ab Antonio additae, de qua Cicero 1. et 5. et 13 Philippica. Quartam adiecit Augustus *ducenariorum*, Sueton. 32., qui iudicarent de levioribus summis. Quintam Caius, eodem teste cap. 16. Quare cum ab initio illud *Sed* parum videatur habere momenti, suspicabar aliquando scriptum fuisse *V decuriae*: dein virgula forte adiecta *Sex*, postea *Sed*, factum; cum scribi oporteret: *Quinque decuriae pro more censuris principum examinantur.* Adde Suetonium Claudio cap. 15. Sed hoc arbitrarium esto, neque, si cui secus videatur, pro eo obtinendo pugnaverim. Sequitur: *inquisitio per parietes agitur.* Pintianus coniicit legendum *per parentes*, quod sit, per nobilitatem maiorum. P. Pithoeus in Adversariis conatur primum explicare de furto concepto per lancem et licium; dein mavult, ut ait, parietes diruere et *partes* reponere, quando apud Quintilianum lib. 5. Instit. 2 [1] appellantur *partes centumviralium, quae in duas hastas sint divisae.* Utramque emendationem quasi e suis conditis admetitur Dalecampius, neque addit quicquam praeter cumulum errorum, dum auctores vincere gestit exponendo. Decurias scribit Romae fuisse quinque, in singulis 100 cives, qui iudices, non equites, dicti. Quippe ni? quos inter multi essent ordinis non equestris. Sed verba Plinii ex libri 33. capite 1 [7, 30] male accepta huc transtulit. Quemadmodum ex sequenti [8, 32], quod subiungit, *Constitutum ne cui ius id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno sestertia quadringenta census fuisset*; et hoc esse illud examen, hanc inquisitionem *per parentes.* At Plinius id pronuntiat non de iudicatu, sed de iure aureorum annulorum. Priore quoque loco [7, 30] vix singula millia in decuriis, quum quatuor essent, fuisse sub Augusto scribit Plinius. Velleius Pompeium 360 legisse tradit lib. 2 [2, 76, 1]. Cicero iudices agnoscit 850, qui praecipue Cnaeo oblectarentur, lib. 8. ad Attic. epist. [16. med.]. Nihilo commodius adspergit de quadruplici iudicio et duobus consiliis centumvirorum ex altero Plinio [6, 33, 2], ut approbet *per partes.* Valent enim ista, ubi iudices iam sedent centumviri: at Plinii inquisitio est in iudices legendorum causa. Me si quis audiet, refinget: *inquisitio per patrias agitur.* Et *inquisitionem* accipio, quam in alios etiam privatos principes in censura faciebant. Suetonius Claudio cap. 16. *Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo maiore dedecore, innoxios fere repperit.* Quod *per patrias* ait, verbis explicat proximis, in quibus aeque nihili fuerunt. Nam, *qui de nummo iudicet*, Aquaeo est medicus, qui soleat arcessi a distantibus multum regionibus, ut ius dicat de nummis, quos ab aegris extorquet; de nummis per ironiam dici, non de sanitate. Pintianus scribi suadet *indices*, ut *Index* lapis. Dalecampius intelligit tribunos aeris non temere creari et legi, sed magna cum diligentia et iudicio, ut potius a Gadibus et columnis Herculis, sive ab ultimis terrae finibus arcessantur, de quo videndum Asconium Pedianum. Quaerat ibi, cui vacat quaerere, quod nunquam est inventurus. Nam tribunos aerarios ex albo iudicum iam eraserat Iulius. Si verum volumus, nihil aliud dicit, quam ex longinquis provinciis, atque adeo interdum a

fine terrarum, arcessi post inquisitionem diligentem in patriis illorum factam, qui de levissimis pecuniae summis, nedum de vita et capite, sint iudicaturi. Seneca lib. 3. de ira cap. 33 [1]: *Evocati e longinquis regionibus iudices sedent, iudicaturi, utrius iustior avaritia sit.* Ubi ostendit Lipsius, hoc Plinii se recte cepisse, quamvis Pithoei *partes* sequatur. Nam et addit ex lib. 33, 1 [7, 30]: *nondum provinciis ad hoc munus admissis.* Eodem respexisse Latinus Pacatus potest videri in Panegyrico [4, 5], ubi laudes Hispaniae perstringit: *Haec durissimos milites, haec experientissimos duces, haec facundissimos oratores, haec clarissimos vates parit: haec iudicum mater, haec principum.* Mittuntur, inquit, in cuiusque patriam, qui explorent, qua fama et existimatione sint, quam municipibus suis probati. Non enim tantum ex urbe capiuntur et Italia, sed ex omnibus evocantur imperii partibus, qui de pecunia iudicent non magna et nonnunquam nummo sestertio addictis et mancipatis. Ergo, *Qui de nummo iudicet*, est ex minimo exemplo descriptio iudicum in quavis lite privata. Pergit auctor: *de exilio vero non nisi die quadragesimo quinque electis viris datur tabella.* Ignoscimus et hic Aquaeo, cui *tabella* testamentum est, sive testamenti scriptura: nesciebat enim de iudicibus agi. Ignoscimus P. Pithoeo, qui iudicium quinquevirale in Cod. Theodosii inventum (de quo Plinii aevo nemo somniavit) huc retrahit, et Fr. Iureto, qui ad Symmachi lib. 2. ep. 74. prioris editionis hoc quidem tollit iudicium, sed commendat nobis e codice S. Benigni, quod explicare ipse non poterat: *non nisi de XLV electis viris*: neuter enim meliorem scripturam viderat. Ignoscimus et Dalecampio, qui vidit hanc quidem et prodidit, sed assecutus non est, et potius habuit ex Pithoeo quaedam male nata peius describere, velut hos quinqueviros certum magistratum non fuisse, ut triumvirorum capitalium. Quasi vero tempore Plinii *iudex* magistratus nomen fuerit sive certi sive incerti. Scribendum autem e Chiflet. et Vossiano: *de exilio vero non nisi XLV electis viris datur tabella.* Nimirum in singulis quaestionibus definitus erat numerus iudicum, quot sedere in reum oporteret. Huc pertinent Asconii in Orat. pro Scauro [Vol. V. P. II. p. 30. Orell.]: *Sententias tulerunt senatores duo et XX, equites tres et XX, tribuni aerarii XXV: ex quibus damnaverunt senatores quatuor, equites duo, tribuni duo.* Eiusdem pro Milone [Vol. V. P. II. p. 53. Orell.]: *Perorata* [Orelli: *peracta*] *utrimque causa, singuli quinos accusator et reus senatores, totidem equites et tribunos aerarios reiecerunt, ita ut unus et quinquaginta sententias tulerint.* Est igitur haec quoque descriptio iudicum in iudiciis publicis, non tamen maximarum causarum. Ex quibus tangit unum, ubi damnato poena exsilium esset, qui tamen in discrimen venire non posset, nisi sub tot iudicibus. Elegit autem, cuius iudicum numerum nulla quaestio alia corriperet. Et is cum sit XLV selectorum, satis apparet, quam solliciti non modo de vita, sed etiam de statu sontium, certe suspectorum, fuerint maiores. *Tabella datur*, id est, iudicium permittitur. Restat: *At de iudice ipso quales in consilium eunt statim occisuri!* Ubi Dalecampius: De medico ipso (quem tralate *iudicem* vocat, quia aegrum iudicat et morte damnat) *statim occisuro* (ita enim reponendum) nulli consultant, et peritiae periculum faciunt. Nihil alienius. Iudex est, qui proprie sic dicitur. Hic si morbo correptus fuerit, *quales*, quam non delecti, nec censuris examinati, quippe tantum pro medicis se gerentes, *in consilium eunt* de prae-

bendo medicamento, quo saepe contingit, non ut is interim civitatem, sed statim vitam amittat! Ex *Miscell.* p. 850_852.]

CAP. IV. [20, 68] *Quoniam haec morborum veneficia sunt*] Quem sensum habeat, non video: etsi *veneficia* pro eo, quod erat *beneficia*, restituerit Hermolaus. Scribe cum Voss. *quae coarguisse non minus referet* (i. e., ut supra [28, 2, 3, 10], proderit, utile erit. Vulgo *refert.* sed Voss. *referret*) *quam contraria serpentibus remedia demonstrasse, quoniam et haec morum veneficia sunt.* Quatuor alii saltem *regeret.*

[Ibid.] *Item virus ichneumonum*] Voss. *item si uratur ecneumonum fugiunt et uricis tritis in aceto peruncti*s. Forte: *Draconum adipem venenata fugiunt: item, si uratur, ichneumonum: fugiunt et urticis tritis in aceto perunctos.* Semen urticae contrarium cicutae esse ex Nicandro scribit l. 22, 13 [15, 31].

[23, 75] *Tamen talis ac tanta vis veneni*] Voss. *Tamen talis, ac tanti veneni, a quibusdam animalium ut subus manditur.* Pro *subus* quidam *cibus*, quemadmodum et quatuor nostri. Et non proprie suum, sed aliorum quoque non nominatorum animalium id eum fecisse alimentum suadere videntur verba mox sequentia [23, 76]: *Venenum eius restingui primum omnium ab his, quae vescantur illa, ex iis verosimile est, quae produntur, cantharidum potu aut lacerta in cibo sumpta.* Sic enim legendum. *Restingui* Vossiani est et Chifletiani, ut et *verosimile*: *ex his* Vossiani: distinctionem ex sententia mutavimus. Respicit autem hunc locum, quum scribit eodem capite infra [29, 92]: *Salamandris cantharides diximus resistere.* Lib. 11. tamen cap. 53 [115, 279]: *Quin et subus serpentes in pabulo sunt.* Quamvis hic quoque varient codices et nonnulli: *Quin et his.* Sed utrobique *subus* confirmat Aristoteles hist. animal. 9, 1: Ὄφις δὲ γαλῇ καὶ ὑὶ πολέμιον. τῇ μὲν γαλῇ, κατ᾽ οἰκίαν ὅταν ὦσιν ἀμφότερα. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν ζῶσιν. ἡ δὲ ὗς ἐσθίει τοὺς ὄφεις. Pintiani codex posteriori loco: *ab his quae vescantur illa verissimile. Ex his vero similia sunt, quae produntur de cantharidum potu.* Idem *restingui.*

[26, 83] *Et pedibus suspensum sursum in superliminari*] Chiflet. *suspensum in superlimine.* Voss. *suspensum super limine.* Neutri *sursum.* Scribe: *suspensum supero limine.* Plautus Bacchid. 4, 9 [vs. 63. 987. Ritschel.]: *Nunc superum limen scinditur; nunc adest exitium Ilio.* Noster lib. 32, 5 [16, 44]: *stella marina vulpino sanguine inlita et adfixa limini superiori.*

CAP. VI. [37, 115] *Oesypum cum myrrha calidum penicillo illitum*] Voss. *specillo inlitum.* Paullo post [38, 117]: *specillo demisso in dextram partem, si dexter oculus curetur.* Lib. 7, 53 [54, 183]: *C. Iulius medicus, dum inungit, specillum per oculum trahens.* Lib. 32, 7 [24, 75]: *Huius corporis humorem specillis derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre.* Ubi restituit Sigism. Gelenius. Ut et hoc loco Pintianus.

[38, 118] *Cum Attico melle cinis et adeps soricis combusti*] Voss. *soricis cum stibi tritus lacrimosis oculis plurimum confert.* Itaque sequitur statim: *Stibis quid sit, dicemus in metallis.* Sic enim legendum: non, *stibi, quod quid sit*: non, *et stibi, quod quid sit*: Voss. *stibis quid est.* Pintiani quoque, *quid est.* Supra 804
[37, 115]: *additis duabus sextis denarii e stibi.* Infra [38, 130] *pro stibi ad scabricias.* Sic MS., non *stibio.* Lib. 33, 6 [33, 101]: *alii stibi, alii alabastrum.* Sic iterum MS., non *stibium.* Acad. *cinis helecsui lacrimosis.* Gud. *cinis alipesui tritus lacr.* Andeg. *cinis alipesii tritus.* Men. *cinis allipesin tritus.*

[38, 118] *Sed et solatis prosunt*] Acad. *sed et solatis i. correptis prosunt.* Vossiani tres et Gud. *sed et solatis. id est, sole correptis, prosunt.* Et censeo prorsus Plinii esse, non interpretis, ut putare possis.

[38, 122] *De felle non audacter suaserim*] Chifl. et Voss. *audaciter*, quod et Livio Senecaeque e MSS. restituimus. Gud. et Menap. *non daticiter.* Andegav. *non daciter.*

[38, 130] *Et una in vitreo vase annulos includunt*] Vossianus manu prima *anellos.*

[38, 132] *Sed is etiam, cui crassissimum textum est*] In Vossiano abest a fronte τὸ *sed*: neque ulla eius est necessitas. Alii quatuor: *Sed iam cuius.*

[39, 141] *Musa et Picton in exemplis reliquerunt*] Acad. *muscam pictam.* Voss. duo et Gud. *muscam pycten.* Pintiani codex, *muscum picten.* Optimus, *Musa cum picten in exemplis rel.* Forte: *Musa cum Pitanaeo in exemplis reliquerunt.* Nam in auctoribus, quos hoc libro se sequutum tradit in primo, *Apollonius Pitanaeus*, et appellatur idem supra hoc ipso capite [38, 117]. *Musa cum Pitanaeo reliquerunt*: ut apud Livium: *ipse dux cum aliquot principibus capiuntur*, lib. 21. 60 [7].

AD LIBR. XXX.

Cap. I. [2, 6] *Quarum cognomen diu obtinuit in nostro orbe alienae gentis*] Voss. et Chifl. *aliena gente.* Pintiani, *aliena genti.* Scribe, *in nostro orbe alienigena.* Sic Valerius Maximus 7, 3. *alienigenae religionis insignibus.* Florus 2, 18 [1, 33. p. 55. Iahn.] *indigenam ex frumento potionem.* Gellius 2, 34 [potius: 2, 24, 2]: *neque vino alienigena, sed patrio usurus.*

[2, 7] *Literarum subtilitati sine aemulo genitus*] Dignissimum praeconium ipsarum Athenarum, quae docuerunt omnia, doctore: quod cum Pintianus *soccorum salibus* vel aliquo simili mutandum censet, suam et literarum subtilitatem eiurat. Si qui fuerunt autem, qui *futilitati* Plinium scripsisse vel per somnium cogitarunt, ipsi futiles insanum in modum aestimari voluere.

[Ib.] *E propinquo primum intulisse ad vicinas usque superstitiones ac medicinae*] Voss. *e propinquorum primum pertulisse ad vicina usque superst. ac medicinae provectum.* Ut et Chifletianus fere. Forsan, *e propinquo eam primum protulisse ad vicinam usque superstitionem a medicina provectum.*

[2, 8] *Primus exstat, ut equidem invenio commentatus de ea*] Voss. *primum quod exstet ut equidem invenio commentatus est de ea Osthanes Xerxen regem invenio ex Persarum bello.* Forte: *Primum, quod exstet, ut equidem invenio, commentatus est de ea Osthanes, Xerxen regem, ingenio rex Persarum, bello, quod is Graeciae intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosae sparsit, obiter infecto, quacumque commeaverat, mundo.* Osthanem vocat *ingenio regem Persarum* velut sapientissimum inter Persas. Iuvat hactenus Pintianus, quod affert e libro suo: *Primus quod exstet ut eq. inv. commentatus est.*

[3, 12] *Palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata*] Hoc a Gelenio est. Academicus, *palamque in tempus siluit sacra.* Gud. et duo Vossiani: *palamque in tempus sili ut sacra.* Sed Chiflet. et Voss. princeps: *palamque fit in tempus sili ut sacro prodigiosa celebratio.* Hinc in olim vulgatis etiam illud *siluit.* Sed

legendum: *palamque fit in tempus id licita sacri prodigiosi celebratio.* Neque fert aliud, quod sequitur: *Gallias utique possedit.* nempe vel sacrum prodigiosum vel celebratio sacri prodigiosi.

CAP. II. [6, 16] *Non obsequi numina, ut cerni non possint. Forte hoc in illo*] Quanto expeditius Vossianus: *veluti lentiginem habentibus non obsequi numina aut cerni. Obstet forte hoc in illo.* Duo alii et Gud. confirmant hactenus, ut praeferant *aut cerni.* Iuvat in parte Pintiani codex: sed nimium est illud: 805
Num obstitit hoc forte in illo?

[Ib.] *Nam hominem immolare etiam gratissimum*] Voss. ut Chiflet. *homines.* Particula *nam* offendit non alios modo, sed etiam Pintianum. Iniuria; est enim eius usus, qualem notavimus ad Livium lib. 29, 8 [9]. Neque aliter ipse Plinius hoc libro cap. 11 [29, 95]: *Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustelae, vel etiam inveteratas erinacei carnes, quis possit furenti, etiamsi sit forte medicina?*

CAP. III. [8, 23] *Infusique auriculae cuius e parte doleant*] Omnes quinque: *cuius a parte.* Ut Plauto: *A morbo valui, ab animo aeger fui.* Contra lib. 22, 22 [32, 70]: *Infunditur a contraria aure in dolore dentium.*

CAP. IV. [12, 35] *Surculus vitis adalligatus*] Vossiani ambo: *viticis.* cap. 6 [16, 50]: *pulmo vulturinus vitigineis lignis combustus.*

CAP. V. [13, 41] *Ne sint malae hirsutae*] *Alae*, ut puto: sic enim tres Vossiani Gudianusque, et ibi stabulatur sacer hircus. Academicus et Pintiani, *halae.* Lib. 31, 10 [46, 122]: *alarum virus ex aqua quotidiano fotu.*

[Ib.] *E testiculis agnorum qui castrantur*] Voss. *cum castrantur.*

CAP. VI. [15, 45] *Laudatissimae autem sunt Africanae, ex his Solitanae: Astypalaeicae et Siculae*] Quosdam *exin Olitanae* aut etiam *Solitanae* legere notat Hermolaus. Ex Chiflet. quoque et Vet. notant: *exin Solitanae, Astyp. et Siculae.* Voss. *exisiolitanae astypalaeicae etne Siculae.* Scribe: *ex his Iolitanae: Astypalaeicae, Aetnaeae Siculae modicae.* Ut non tantum Africanas dicit, sed etiam Iolitanas in Africa: sic non modo Siculas, sed etiam Aetnaeas. Nota Ἰὼλ Καισάρεια. Mela lib. 1, 6 [1]: *Iol ad mare, aliquando ignobilis, nunc, quia Iubae regia fuit, et quod Caesarea vocatur, illustris.* Sic igitur et legendum lib. 9, 56 [82, 173]: *Africanae, quibus foecunditas; Iolitanae, quibus nobilitas.* Ut et apud Varronem de re rust. 3, 14 [4, ubi tamen Schneider. Gronovii tum immemor in textu retinuit *solitanae*]: *ex Africa, quae vocantur Iolitanae.* Ubi *solitannae* reddiderunt. Gud. *ex his olitanae* manu prima: ut et Voss. duo alii.

[Ib.] *Nec non silvestres stomacho inutiles, alvum solvunt*] Observant in V. deesse *τὰ nec non*, in Chiflet. autem esse *utiles*, quod affirmant omnes nostri. Optime Praecipuus: *nec silvestres stomacho utiles, alvum solvunt.* Nam *τὸ Nec* dissolvendum in *Et non*: quasi esset: *et silvestres, non utiles stomacho, alvum solvunt.*

[Ib.] *Efficacissimae tamen in dolore stomachi. Laudatiores traduntur*] Voss. *efficacissimae si in dolore stomachi plaudatis traduntur.* Forte: *tamen in dolore stomachi fluentis traduntur.* Passim memini *fluctionum* stomachi.

[16, 49] *Est animal locustae simile sine pennis*] Omnes quinque: *Esse*: deinde Vossiani duo, *vocetur*; et *non habeat aliqui arbitrantur*, ut et Gudianus ac Men. Acad. *non habeat aliqui vero arbitrantur*: denique Voss. ut et Pintiani et Chifl.

nec pauci auctores hoc esse quod grylli vocentur; **Acad. Gud. Voss.** alii duo: *nec pauciores hec esse quod grylli vocentur.* Lege: *Esse animal locustae simile sine pennis, quod troxallis Graece vocetur, Latinum nomen non habeat, aliqui arbitrantur; nec pauci auctores, hos esse, qui grylli vocentur.*

[17, 51] *Quidam recentem superallegant. Alii duorum dierum*] Voss. *superinligant alii duum dierum*, ut et Chiflet. *Duum* et Pintianus. Sed et Andeg., qui etiam *superilligant* cum Men. Acad. Gud. Mirum vero, quod optimus etiam *dant arenanti* pro *dant ignoranti.*

Cap. VII. [19, 58] *Abstinere autem a frugibus ante et gallinam*] Lege, *Abstineri.* Ut lib. 29, 6 [36, 113]: *gallinaceusque si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius qui doleat.* Nec vero aliter scripti.

[Ib.] *Caro palumbi in aceto decocta*] Voss. *palumbis.* Et mox, *palumbis ferus e posca decoctus.* Et cap. 15 [80, 144] *circumlato palumbe.* Cap. 8 [21, 67]: *in palumbium ventriculo inveniantur.* Cap. 11 [28, 94]: *Cinis palmarum aut interaneorum palumbis.*

Cap. VIII. [22, 69] *Procidentia alvi succus cochlearum*] Quinque nostri: *Procidentia ibi succus cochlearum*, quod et nescio quo ex Ms. ad marginem notatum. Ita scripsit Plinius. *Ibi*, puta in sede, cuius de vitiis agere coeperat. Et sic paullo post [22, 73]: *Tetris ibi ulceribus.* Cap. 12 [33, 107]: *Si in verendis sit caeterisque ibi ulceribus.*

[22, 73] *Contritae ex aceto vel cinis eius*] Ex vet. advocant *earum.* Sed Voss.
806 *Cochleae parvae latae contritae ex aceto, senectus anguium ex aceto vel cinis eius.* Sic paullo superius [22, 69]: *canini capitis cinis, senecta serpentis ex aceto.* Et passim: *Cochleae minutae latae contritae illitae* cap. 13 [41, 121]. Invenies et apud Pintianum.

[Ib.] *Cochleae nudae, quas in Africa gigni diximus, tritae*] Voss. *triatae.* Numquid *striatae*? Sed verius *acerata*, ut cap. 6 [15, 46]: *Praeterea quae aceratae vocantur.* ubi Voss. *eueratoe*: sed primo *E* supra scriptum *A*. Monstrat ἀκέρατοι.

Cap. XI. [30, 98] *Pulverem in quo se accipiter volutaverit*] Voss. *pulverem, ubi se accipiter volutaverit.*

[30, 103] *Si cuiusquam cura efficacior esset ad inquirendum*] Chifl. *inquerendas.* Voss. *si cuius cura efficacior esset inquirendus.* Lege, *inquirentis.*

[30, 104] *Tela cum ipso specu toto resina ceraque imposita*] Acad. *licum vocant delatum ipsos plone toto resine cereque inposita.* Gud. et Menap. *licum vocant de lacu ipsos piene toto resinae ceraeque imposita.* Andegav. *licum vocant delacum ipsos piene toto resine cereque imposita.* Annosior, *lycum vocant tela cum ipso in splenetoto resine cereque inposita.* Scribe: *quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso, in splenio resinae ceraeque, imposita utrisque temporibus et fronti prosit.* Vel, *in splenio cum resina ceraque. Cum ipso*, nempe araneo. *In splenio*, ut lib. 29, 6 [38, 131]: *Aranei muscarii tela, et praecipue spelunca ipsa, imposita per frontem ad duo tempora in splenio aliquo*, etc. *mirabiliter epiphoris mederi dicuntur.* Sic enim ibi Chiflet. et Vossianus. Andeg. etsi corruptus, tamen egregie firmans verum: *Aranei muscari tela et praecipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquilo: et praecipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquile ita ut a puero* etc. Unus per errorem duorum codicum vice fungitur. Menap. quoque *ad duo*

tempora in speleo aquile. Martialis [2, 29, 9]: *numerosa linunt stellantem splenia frontem.* Sic et fere Pintianus: sed male pro non Plinianis delet, quae corrigenda erant.

[31, 105] *Vomitus quoque canum illitus ventri*] Forte: *illitos ventri aquam trahere promittitur.*

Cap. XII. [34, 108] *Ut terram nec postea attingat*] Alii, *non postea.* Voss. *ne postea.* Cicero lib. 13. famil. 54. *operamque des, quod fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat.* SC. de philosophis et rhetoribus apud Suetonium [de rhetor. 1, 2]: *uti Romae ne essent.* Dein, *totiens exspuentibus medente et cuius medebitur.* non *eo cui.* Et censeo dictum, ut *agrestium Regnavit populorum* [Hor. Od. 3, 30, 12]. Alioqui posses: *cui is medebitur.* Andeg. iam defecerat in illis, *Tubera et quaecumque molliri opus sit efficacis* [33, 107], usque ad capitis sequentis [40, 119] *muris cum melle aut cum vermium terrenorum qui et ossa extrahit.*

[36, 110] *Nervorum nodis medetur capitis viperini cinis ex oleo Cyprino illitus*] Voss. Acad. Gud. Men. non habent *τὸ medetur*, quippe quod ex superioribus sit intelligendum. Dein Voss. ut et Chiflet. *cinis in oleo cypreo*, sine *τῷ illitus.* Sed et mox [ib.]: *Dolores eorum amphisbaena mortua adalligata*, sine *τῷ tollit.* Scribe: *Doloribus eorum.* nam et hic intelligendum *τὸ medetur.*

Cap. XIII. [39, 117] *Antonius Musa medicus cum incidisset*] Voss. *Antonius quidem medicus cum incidissent insanabilia ulcera.* Ut et in parte Chiflet. [Verbum, ut apud Iuvenalem IV, 39. *Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi.* Ex *Inserend.* p. 845.]

[40, 119] *Aut cum vermium terrenorum cinere qui etiam*] Voss. arguit *νοθείας τὸ cum*, item *τὸ cinere*: deinde habet, *qui et ossa.* Fuit nimirum multo rotundius: *nec tardius cinis silvestris muris cum melle aut vermium terrenorum, qui et ossa extrahit.* Neque enim cinerem muris silvestris cum melle, aut loco mellis cum vermium terrenorum cinere id praestare vult, sed silvestris muris aut vermium terrenorum cinerem cum melle. Gud. Menap. et Acad. *aut cum vermibus terrenis qui et ossa.* Andeg. ut diximus ad caput praecedens [34, 108].

Cap. XIV. [43, 124] *In cervices et scapulas, ne nervi doleant*] Voss. *Vermes terreni inliti, ne cervices scapulumque nervi doleant, praestant.* Lege: *scapularumque.* ut voluit Pintianus. Andegav. *in cervices scapularumque ne nervi.*

[44, 129] *Baculus quo angui rana excussa sit*] Voss. *Baculum.* sic lib. 32, 10 [52, 141]: *Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur adeo, ut baculum* 807
praeluceat. Sic Gelenius, et adfirmant tres Vossiani. Cicero de finibus lib. 2 [11, 32]: *Bacillum aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum.* Idem Ovidio suo plus semel restituit vir studiis incertum maior an meritis in rempublicam, utrisque certe ingens, nec Ovidii magis quam omnium antiquitatis literarum optimus vindex, interpres, aemulator ipse, in aliis fautor, suffragator, testis benevolentissimus, Nicolaus Heinsius.

[44, 130] *Transgressus abortus asperos faciat*] Voss. et fere codex Pint. *Ovum corvi cavendum gravidis constat, quoniam transgressis abortum per os facit.* Praeclare. sic lib. 10, 12 [15, 32]: *Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur: ideoque gravidas, si ederint corvinum ovum, per os partum reddere. Transgressis* et Chiflet. *Facit* Gud. et Acad. et Vossiani duo.

AD LIBR. XXXI.

Cap. II. [2, 4] *Alibi tepidae egelidaeque auxilia morborum conferentes*] Voss. ut Pintiani: *aliae tepidae egelidaeque auxilia morborum profitentes.* Quod habet suam Venerem.

[2, 5] *Quae in Baiano Posidianae vocantur*] Voss. *quae in bale Possidianae vocantur.* Lege: *quae nunc Baiae Posidianae vocantur, nomine accepto a Claudii Caesaris liberto.* Passim in optimo libro *nc* significat *nunc*: ex eo *τὸ in* factum. Solebat autem quisque, qui praedium illic haberet, *Baias suas* dicere. Unde et Ciceronis lib. 9. famil. 12. *Gratulor Baiis nostris, siquidem, ut scribis, salubres repente factae sunt.* Nec aliter Plinius lib. 2. epist. 15 [1]. *Quomodo te veteres Marsi tui? quomodo emptio nova?* Sed et sic Sex. Pompeius apud Velleium lib. 2. [77, 1]: *In Carinis suis se coenam dare*: quod eius paternae aedes pars essent Carinarum in urbe, et in praetoria navi pasceret.

[3, 7] *Ut protinus noscatur etiam ministerium eius ex illa maiestate*] Voss. *ministeriorum haustis ex illa maiestate ingenam. ponam enim.* ut fere et Chiflet. Ex quo quid tentarint, apparet in marginibus. Pintianus: *quin protinus noscatur etiam ministeriorum eius haustus ex illa maiestate.* Mihi scribendum videbatur: *ut protinus noscatur etiam* (ipse scilicet Cicero) *ministeriorum haustis ex illa maiestate ingeniis.* Tale est Iustini 15, 6 [potius: 14, 6, 11] *ut Alexandrum posses etiam in moriente matre agnoscere. Ministeriorum* et Acad. Gudianusque et duo Vossiani.

[18, 23] *Periuri notantur pati velut flammam urentem*] Hermolai est pro *necantur.* Sed Voss. *negantur.* id est, traduntur non pati ac sustinere posse. lib. 20, 5 [15, 31]: *Habentes eam feriri a serpentibus negantur.* et similiter lib. 22, 21 [25, 52]: *Habentes eam a serpentibus feriri negantur.* Sic et codex Pintiani.

[19, 26] *Tertio die si quisquam biberit*] Voss. et Pintiani: *Lycus in Leontinis tertio die, quam quis biberit.*

[19, 27] *Avesque, quae gustaverint, iuxta mortuas iacere*] Voss. *aves, quae degustaverint.*

[20, 29] *Fons est, qui quacunque rigat lapideam facit terram*] Pintiani liber sine τῷ *qui*, et *faciens* pro *facit.* Voss. *fons est quacunque rigat lapidem faciens ter. item.* Scribe: *In Perperenis fons est, quaecunque rigat, lapidea faciens.* Sequitur: *Item calidae aquae in Euboeae Delio. Namque alluit rivus.* In quo merito notavit Salmasius Delium illud Euboeae ignorari, coniecitque, *in Euboeae Dio.* ad Solin. p. 144. Gud. quoque et Acad. Menapiusque *in euboedion namque.* Andegav. *in euboedebion. namque.* Praestantior: *in euboeae aedam pro nam qua cadit rivus.* tum, *altitudinis.* Scribendum censeo: *Fere idem calidae aquae in Euboeae Dianae promontorio: nam qua cadit rivus, saxa in altitudines crescunt.* Artemisium significat. Vulgatum est a Gelenio, cum legeretur, *in Euboea. In Lebedo.*

[Ibid.] *Lapides fiunt. In Colossis flumen est, in quo lateres*] Mss. *lapideae fiunt.* Deinde, *flumen est colateres.* Lege: *In Colossis flumen est, quo lateres coniecti lapides extrahuntur.* Est autem hoc quale Ovidii lib. 1. metamorph. v. 133:

quaeque diu steterant in montibus alni,
Fluctibus ignotis exsultavere carinae.

Ut quidem illum scripsisse propemodum pro certo habemus: etsi libri, *in montibus altis.* Eae sectae et mutatae, ut sint carinae. Sic lib. 5, 455: *Et quae* 808
modo brachia gessit, crura gerit.

Cap. III. [22, 36] *Amarae et quae scrobem statim implent*] Quae vero illae sunt aquae, quae scrobem statim implent? Liber optimus habet, *quae sorbem.* Lege, *quae sorptae statim implent.* Hactenus ὁ πάνυ ad Solinum pag. 115. Adeo placebat sibi, ut mallet ignorare omnium adhuc tractatorum codicum optimum esse Chifletianum, et in eo legi *sorbentem*, quam levissimam coniecturam perdere. Vossianus Chifletiano subscribit.

[23, 40] *Aqua frigida iniecta sistitur sanguis*] Voss. *ingesta.* Plautus Pseudolo 1, 2 [24. vs. 157. Ritschel.]: *Tu qui urnam habes, aquam ingere.* hoc lib. cap. 7 [39, 82]: *e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt.* Deinde idem, *Aestus in balineis.*

[27, 44] *Et alnus et vitex aut hedera*] E Chiflet. porrigunt, *aut vites aut arando.* Nostri quinque, *aut vitex aut harundo aut hedera.*

[28, 47] *Figulari creta semper adimitur spes*] Voss. ut et Chiflet. *Figularis creta semper adimit spes.* Lege, *spem.* In Andeg. rursus hic lacuna a verbis *fodiuntur aestuaria quae gra* usque ad cap. 6 [33, 62] *fecisse post consulatum meminimus.*

Cap. IV. [28, 51] *Ut circa Olympum*] Voss. *Olynthum.*

Cap. V. [31, 55] *Sicut Babyloniae lacus aestate*] Voss. *Babylone.*

Cap. VI. [31, 57] *Libramentum aquae in centenos pedes sursum elici minimum erit*] Haec integra non sunt. Academ. *in centenos pedes sicilicimus invenerit.* Gud. *sicilicimis mimerit.* Men. *sicilici misnumerit.* Voss. *sicilici minis numerit.* Forte, *sicilici minimum erit.* lib. 13, 15 [29, 94]: *Item a Nomio Ti. Caesaris liberto nomen trahentis, tribus sicilicis infra quatuor pedes, totidem infra semipedem crassitudinis.* ibidem, *mensam quatuor pedes sextante et sicilico excedentem.* Quarta pars cuiusque unciae *sicilicus* est; hic pollicis, triens digiti. Plus requirit Vitruvius lib. 8, 7 [init.]: *Si canalibus, ut structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigata, ne minus in centenos pedes semipede, eaeque structurae confornicentur, ut minime sol aquam tangat.* Ubi annotat Philander aetatis nostrae libratores in sexcentos pedes tantum deprimere pollicem, id est, quatuor sicilicos, in centenos sextulam. Sic et e suo Pintianus.

[32, 59] *Aut simili morbo solutis*] Voss. *simili modo.* neque aliter tres alii, qui nobis serviunt.

[ibid.] *Utilis est bibendo atque purgationibus*] Vox *utilis* non est in Vossiano, quippe repetenda sensu e superioribus, ut legatur: *Est autem utilis sulphurata nervis, aluminata paralyticis aut simili modo solutis; bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia est, bibendo atque purgationibus.* Gud. Acad. Menap. *qualis utilis est bibendo.* Vides τὸ *utilis* corruptum esse ἐκ τοῦ *Cutilia*, deinde utramque vocem admissam. Vitruvius lib. 8, 3 [med.]: *Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt,* etc. *Aluminosi, cum dissoluta membra corporum paralysi aut aliqua vi morbi,* etc. *Bituminosi autem interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi.*

Est autem aquae frigidae genus nitrosum, uti Pinnae Vestinae, Cutiliis aliisque locis similibus, quod potionibus depurgat.

[32, 60] *Ac postea frigida dulci*] Voss. *dulcedi.* An *mulceri*? Menap. Gud. et Acad. *frigida dulcedine sine.*

[ibid.] *Similis error quo quidam plurimo*] Voss. et Pintiani, *error quam plurimo.* Scribe: *Simili errore quidam plurimo potu gloriantur.* Menap. Gud. et Acad. *similis error quodam.* Pintianus: *Similis error quam plurimo potu gloriantium.*

[33, 62] *Ferruminant et fracturas ossaque contusa*] Voss. *feruminata fracturis ossa contusa item corpora ad siccanda.* Eodem modo Men. Gud. et Acad., nisi quod hic *ferruminantia.* Fortasse: *quae calefiunt ad nervorum dolores, ferruminandas fracturas, ossa contusa, item corpora ad siccanda.* Pintiani codex, *ferruminata ac fracturis*; ipse, *ferruminant et fracta cruris ossa, item corpora adsiccando.*

Cap. VII. [39, 77] *Maiusque regum vectigal ex eo est quam ex auro atque*] Voss. et Chiflet. *quam ex auro est atque.* Scribe: *maiusque regum vectigal ex eo quam ex auro est atque margaritis.*

[41, 86] *Tanti splendoris, ut imaginem recipiat*] Sic Vossianus, sic Academi-
809 cus, sic Gudianus, sic Menapius, non plus minusve litera. Itaque mallem temperasse Salmasium ad Solinum pag. 116. scribere corrupte in omnibus libris Plinian. legi *uti magnitudinem recipiat*, temperasse inde coniicere *ut imaginum similitudinem recipiat.* Sane in Andegav. et mihi occurrit: *uti magnitudinem recipiat*: sed id detrahendo, non addendo erat curandum. Librarius, qui male acceperat et fecerat *uti*, ex *maginem*, quod sine sensu erat, fecit *magnitudinem.*

[41, 88] *Ergo hercule vita humanior sine sale nequit degere*] Vossiani tres, *hercules.* tum opt. et Andeg. *non quit degere.* Et profecto saepe sic maluerunt. lib. 7, 15 [13, 68] *bituminum sequax alioquin ac lenta natura*, etc. *non quit sibi avelli*: ut correxit Salmasius ad Solin. pag. 27. et succinunt quatuor nostri. lib. 32, 10 [potius: 11, 53, 142]: *quod in terrestribus volucribusque fieri non quit.* lib. 34, 8 [19, 62] de apoxyomeno: *mire gratum Tiberio principi. non quivit temperare sibi in eo.* Sic Vossianus. At Dalecampius, quasi tanti sit, corrigit: *qui nequivit.* Eodem capite de Apollodoro [19, 81]: *crebro perfecta signa frangentem, dum satiare cupiditatem artis non quit; ideo Insanum cognòminatum.* Sic iterum Vossianus. Vulgo, *nequit artis, et ideo.* Sed nec copulativa opus esse ostendit illud Flori lib. 2. cap. 7. [est vitium in capitis numero, lege 2, 17, 8. — apud Iahn. 1, 33. pag. 53., ubi *in id tempus liberas* editum] *ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes iugi.* [Plinius 9, 31 [51, 98]: *Pinotheres autem vocatur minimus ex omni genere; ideo opportunus iniuriae.* Ex *Inserend.* pag. 845.] Cicero lib. 7. famil. epist. 6 [extrem.]: *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequicquam sapit.* Ubi etiam vitiarant.

Cap. IX. [45, 102] *Ibi maxime observanda usurpatione, qua quidem totis*] Scribendum ex Chiflet. *usurpanda observatione*: et haec duo vocabula eodem et Voss. et Pintiani libro auctoribus delenda versu altero praecedenti, ubi particula *maxime* male iis inculcandis occasionem dedit. Deinde Voss. *quae totis.* item, *dixistique cornea videmus.* Lege: *ibi maxime usurpanda observatione, quae totis corporibus nihil esse utilius sale et sole dixit. Itaque cornea videmus corpora piscatorum.* Quatuor nostri, *quae totis corporibus nihil esse utilius dixit.*

Cap. X. [46, 116] *Item contra argema oculorum. Ungues decoctum cum passo*] Chiflet. et quatuor nostri, *argemas.* Voss. *argeman.* Potest excusari, ut *cum servili schema* et *imperatae schemae* lib. 29, 6 [38, 123]: *Item in gallinacei felle ad argemam et albugines.* Sic Vossianus et in parte Chiflet. Mox [38, 128]: *Argema ex melle omnibus, quae supra scripta sunt, sanatur.* Vossianus, *Argemam*, deinde, *sanantur.* Scribe *sanant.* Refert enim haec ex opinione quorundam: ut paullo ante *suadent*, *promittitur.* unde suspicor et *extenuare* scribendum. Gud. quoque et Acad. *sanantur*: Acad. *Argema et ex melle.* Posterior aetas multo in his fuit licentior. Marculphus lib. 1. form. 1. *et sanctum chrisma singulis, si voluerint postulare, pro reverentia loci sine pretio concedat.* Sic edidit Cl. Bignonius. Sed in membranis antiquissimis legi *sanctam chrismam.* Vossianus etiam nescit τὸ *cum*, habet autem *adiuvat ad claritatem*, sine τῷ *nitrum*, quod nec in Chifl. est. Fortasse: *item contra argemas oculorum, albugines, decoctum passo in mali Punici calice. Adiuvat ad claritatem visus cum melle inunctum.* Sic lib. 20, 5 [20, 40]: *Succo et cicatrices oculorum et albugines et argema inunxere.* lib. 22, 25 [76, 159]: *Hoc ad Venerem stimulandam et ad oculorum argema, albugines.* Pari et hic asyndeto Voss. Lib. 28, 6 [18, 65] *contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema.* Nisi malis *inunges* pro *ungues.* Nec frustra adiicitur praepositio, quam et Acad. manu secunda invenio adscriptam. Vide ad Livium lib. 29, 1.

[46, 122] *Pruriginem alumine permisto tollit*] Partem huius capitis, ab illo, *Addita et resina initiis cum aceto illinitur* [46, 118], repetit Vossianus insertam lib. 32 cap. 5 [20, 57]. Utroque autem loco habetur *Porriginem alumine permixto tollit.*

AD LIBR. XXXII.

Cap. I. [1, 6] *De ulla potentia naturae atque effectu*] Voss. *naturae ut quae et* 810
effectu. Lege: *de ulla potentia naturae vique et effectu.* Andegav. *naturae utque effectu.*

[4, 10] *Pinguique eius negotiatores et omnium piscium*] Voss. *pingit qua eius mercatores in egotiato et omnium.* Men. et Gud. *pinguique eius mercatores negotiator et omnium.* Academ. *pinguique eius mercatores negotiantur et omnium.* Andegav. *pinguique eius mercatores negotiator omnium.* Scribe: *pinguique eius mercatores negotiatos et horum piscium adipe camelos perungi.* Nam ad haec omnia ex superioribus intelligimus *Iuba tradit.* Quod autem constanter hic legitur, *pinguique eius*, ex eo noscas licet *cetos* supra dixisse Plinium non numero plurativo (ut existimarunt etiam accuratissimi viri), sed singulari, ut Graeci τὸ κῆτος. Frustra quoque subiiciunt *cetum.* nam *cetos* tuentur optimi codices. Adde huc, quae ad lib. 21, 13 [45, 77] diximus.

Cap. II. [11, 22] *Forma est ei fruticis, color viridis*] Voss. tollit τὸ *ei*: dein, *colos*, ut saepe alibi Plinius.

Cap. III. [13, 27] *Corrumpi fraude coniicientibus gummi cum sale Hammoniaco*] Hermolaus Barbarus veterem lectionem esse monuerat non *cum sale*, sed *cum sanguine*, et eam se probare ex Dioscoride, qui haec ipsa fere ad verbum tradat. Ecce alius, sive is Dalecampius est, qui ad marginem corrigit: *corrumpitur fraude coniicientium* (hoc ex Pintiani cod. et Chiflet.) *gummi aut hammoniacum*

cum sanguine et castoreo, quoniam. Dioscoridis verba sunt lib. 2, 26. *Δολοῦσι δέ τινες αὐτὸ ἀμμονιακὸν ἢ κόμμι συμπεφυρμένον αἵματι καὶ καστορίῳ ἐγχέοντες εἰς φύσσαν καὶ ξηραίνοντες.* Voss. *conicientium cummim cum sanguine aut hammoniacum.* Scribe: *quod ipsum corrumpi fraude coniicientium gummim cum sanguine aut ammoniacum.* Nam *corrumpi* mutandum non est, quum ad id intelligatur *tradit Sextius diligentissimus medicinae.*

[13, 27] *Efficacissimi e Ponto Galatiae, mox Africae*] Scribe cum Voss. *e Ponto Galatiaque, mox Africa.* Statim Vossiani duo, et bis eadem verba referens melior *sternumenta.*

Cap. IV. [14, 36] *Dein post aliquot dies vespera*] Scripti quatuor: *dies die vespera.* Praecipuus: *dein post aliquot dies bina vespera.* Dictum erat ante: *Haec singula et matutina et vespertina dantur.* Reperies et apud Pintianum.

[14, 38] *Oculorum quoque vitia*] Voss. *Oculorum utique vitia.* ut et Pintiani.

[14, 39] *Nec convexo incurva calice*] Voss. *nec convexo corvata calice.* Quod est *curvata.*

Cap. V. [19, 53] *Coluber est in aqua vivens*] Omnes quinque: *Colubra in aqua vivens.* Sed et quod praecedit Voss. *Idem his ranis*; deinde: *auxiliatur vero etiam efficacius est.* Alii quatuor: *Item his ranis lienem*, etc. *auxiliatur iecur vero etiam efficacius.* Menap. et Gud. quoque *efficacius est*, et Andegav., qui et *auxiliantur.* Lege: *Iidem, de his ranis lienem contra venena, quae fiant ex ipsis, auxiliari; cor vero etiam efficacius. Est colubra in aqua vivens.* Malunt autem veteres saepe *colubras* quam *colubros.* Sic infra cap. 7 [26, 82]: *Enhydris vocatur a Graecis colubra in aqua vivens.* Sic Pintiani, Chiflet., quatuor nostri. cap. 9 [33, 104] non aliter, *aquaticae colubrae. Iidem* puta *tradunt auctores.*

Cap. VI. [21, 59] *Contra leporis marini venena et ostrea adversantur. Item videtur*] Verbum ultimum non habent Voss. Chiflet. Pintiani codex, qui omnes etiam, ut et alii nostri quatuor, *idem.* Unde Pintianus: *Fidem, nepotes, vestram, satis dictum est de his.* Elegantius quam vere. Me quoque offendebat genus loquendi, *adversari contra venena.* Etsi haud ignorem Plauti in Mercat. [2, 3, 43] *nolo advorsari tuam advorsus sententiam.* Sed placet coniungi principium huius capitis cum fine superioris, hoc modo: *Et cancri marini decocti ius contra dorycnion efficax habetur, peculiariter vero contra leporis marini venena. Et ostrea adversantur iisdem. Nec potest videri satis dictum esse de his.*

811 [21, 60] *Quare minora in aliis locis reperiantur*] Nusquam *τὸ locis.* Andeg. Men. Gud. *in alios reperiuntur opacitas prohibet.* Acad. *in alio reperiuntur opacitas inhibet.* Primarius: *causa ista alio quare minora in reperiuntur opacitas cohibet.* Quorum solum *cohibet* ex Chifl. notarunt. Potest autem edidisse auctor: *Haec videtur causa, in situ alio quare minora reperiantur. Opacitas cohibet incrementum et tristitia minus adpetunt cibos.* Plinianum, ut quod maxime, *in situ alio.* Vide ad lib. 21, 31 [potius: 21, 13, 45, 77].

[21, 61] *Calliblephara appellantes*] Sic Hermolaus, cum esset, *callibia parata.* Voss. *callibiae pharata.* Andegav. et Gud. *callybie parata.* Acad. *callybio perata.* Menap. *callibie parata.* Scribe: *calliblepharata appellantes.* Nam *calliblepharum* est ipsum ornamentum: quo quae insignita sunt, merito appellantur ostrea *calliblepharata.*

Cap. VII. [24, 75] *Succumque earum, qui ita effluxerit, admiscent lacrimae, quae ex alba vite emanat*] Vossiani duo *succoque*; deinde melior, *admiscent viti salvat lacrimam.* Scribe: *succoque earum, qui ita effluxerit, admiscent vitis albae lacrimam, atque ita palpebras emendant.* Quod et Pintiano visum.

[24, 76] *Item taeniae iecur siccatum*] Sic Hermolaus aut *channae* pro vulgato *cheni.* Reinesius Var. lect. 2, 7. emendat *thynni.* Vere, ut puto: nam Voss. *theniioconsiccatum.* Quod est, *thynni iocus siccatum.* Ita enim idem codex saepe pro *iecur.* Acad. *chieni iecur siccatum.* Acad. Men. et Gud. *theni.* Sed hoc vento proiectus idem vir eruditissimus, Illustremus etiam, ait, Plinium de dosi medicamenti seu pondere, quod non ab omnibus intelligi scimus. Illustrat autem ita, ut *τὸ X* notam velit esse *χαλκοῦ* sive aerei, quam Graeci sic figurarint: *χ*, proque ea Latinos editores Plinii suae linguae *X* quasi *ἰσοδυναμοῦσαν* substituisse: chalcos autem seu aereos quatuor ponderare obolum seu scrupulum dimidiatum. Ieiune admodum et non pro Reinesio: nam obolus (qui sane dimidiatus est *scripulus*, non *scrupulus*) octo chalcos Athenis habebat. Galenus de pond.: *Ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχει X̆ η'.* Paulus Aegineta: *Ὁ δὲ ὀβολὸς κεράτια γ'. τὸ δὲ κεράτιον χαλκοὺς δύο δίμοιρον· ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχει χαλκοὺς ὀκτώ.* Cleopatra: *Ὀβολὸς ἔχει θέρμον α' ἥμισυ, κεράτια γ', χαλκοὺς η'. τὸ ἡμιωβόλιον ἔχει κεράτιον α' ἥμισυ, χαλκοὺς δ'.* Alius: *ὁ χαλκοῦς ἔχει ἡμιωβολίου τὸ τέταρτον, ὥστε τοὺς τέσσαρας χαλκοὺς ἄγειν τὸ ἡμιοβόλιον.* Haec saltem communis et usitatissima ratio: etsi Plinius decem, alii sex chalcos interdum obolo assignent. Nec vero *X* est nota chalci, sed X̆. Poterat e Paulo ab Aegina nosse: *Πρῶτον μὲν οὖν τὸ χ στοιχεῖον ἔχον ἐπικείμενον αὐτῷ τὸ ἄλφα χαλκοῦν σημαίνει.* Denique Plinii editores, sive Latini, quos ille appellat, sive Galli, sive Germani, noverant nihil exemplaribus eius esse vulgarius, quam per *X* significari Ӿ, denarium vel drachmam: et ita hic quoque *pondere X IV* esse pondere denariorum vel drachmarum quatuor.

[26, 80] *Fortioribus stomachis ex iure edendas dabat*] Quatuor scripti, *medendas.* Optimus, *mandendas.* ut et Pintiani codex.

[27, 83] *Muraenarum cinis cum mellis obolis ternis*] Omnes quinque: *Maenarum.* sic et cap. 8 [28, 88] *Maenarum muria et capitum cinis*, non Chiflet. modo, sed Vossianus, Academicus et Gudianus. cap. 9 [31, 100] *Maenae salsae cum felle taurino illitae umbilico.* Et [33, 105] *cinis ex capite maenarum.*

Cap. VIII. [29, 91] *Suspiriosis castoreum cum hammoniaci exigua portione*, etc. *utilissime potatur*] Quatuor scripti: *castoreo*, tres: *utilissima tota*, Andeg. *utilissima ota eadem potio.* Praecipuus: *castorea*, tum *utilissime pota.* Scribe: *Suspiriosis castorea cum hammoniaci exigua portione ex aceto mulso ieiunis utilissima potu.*

Cap. IX. [31, 99] *Cucumeris sativi radicis siccae drachmam*] Voss. *siccare.* Lege, *siccatae*, ut et Pintianus.

Cap. X. [40, 119] *Prodest et febri ranarum fellis cinis*] Quatuor scripti: *fellium cinis.* Voss. *fibri iranarum pellium.* Nihil hic voluit de febri, nihil de felle ranarum. Lege: *Prodest et fibrinarum pellium cinis.* Infra [42, 124] *Fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis.* Et hoc Pintianus.

[41, 120] *Letargicos coagulum vituli adiuvat in vino potum*] Ex Chifl. notant, *Tethanicos castoreum.* Voss. *Tetanicos quagulum vituli adiuvat ex vino intum.* 812
Lege: *Tetanicos coagulum vituli adiuvat ex vino inlitum.* Lib. 23, 7 [63, 124]

Datur tetanicis et spasticis. lib. 26, 12 [81, 130]: *Peucedani succo perunguntur spastici, tetanici.* Mox Voss. duo: *Tremulos castoreum, si ex oleo perungantur*, sine τῷ *iuvat.* Satis est paullo ante poni *adiuvat.*

[42, 122] *Minima omnium et viridissima cinerem fieri iubent*] Tres membranae: *viridissima sanguinem cineremque fieri.* Men. *sanguinem cinerem fieri.* Voss. *viridissima sanguinem cinerem vel fieri.* Scribe: *sanguinem cineremve fieri iubent.* Praecessit enim, *ranarum illinunt cinerem vel sanguinem arefactum.*

[46, 134] *In mulierum parte praesentissimo remedio sanari tradunt*] Pintianus observat in scripto esse *mulieribus*; itaque legendum sibi videri: *in mulieribus percae praes. rem. sanare traduntur.* Sed si percarum ea vis est, quid verbis fiet sequentibus, quae cancro foemina id fieri ostendere videntur? Voss. *muliebris.* Cui voci una litera demenda, ut sit: *in muliebri parte praesentissimo remedio sanari tradunt cancro foemina.* Andeg. *in mulieris partus.* Tres alii, *in mulieres partu.*

[47, 135] *Eadem vis est pulmonis marini, leporis marini sanguine et felle*] Correxerunt *sanguinis et fellis.* Sed Vossiani duo: *pulmoni marino*; dein melior etiam *sanguini.* Scribe: *Eadem vis est pulmoni marino, leporis marini sanguini et felli.* Ut et Pintianus.

[50, 139] *Hippopotami frontis e sinistra parte pellis in linteolo adalligata*] Tres codd. *pelle in agnina alligata.* Andegav. *pellis in agnine.* Voss. ut Hermolai: *e sinistra parte pellis in agnina alligata.*

Cap. XI. [53, 145] *Belonae, quos aculeatos vocamus*] Pintianus legendum censet *acus aciculasve*: id enim significare Graecam vocem βελόνη. Quasi haeserint memoriae eius quae scribit Hermolaus ad lib. 35, 11. his verbis: Est autem belone, quam nos *acum* et *aciculam* dicimus. Sic ille. *Acos tenues* e Martiali novimus lib. 10. epigr. 34. et Plinio ipso lib. 9, 5 [est vitium in numero capitis. Scribe: 9, 51, 76, 166]: *Acus sive belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem utero parit. Aciculam* autem passim quidem in Lexicis exhiberi video, ut diminutivum τοῦ *acus*: auctorem tamen eius vocabuli antiquum nondum reperi. *Acuculam* Excerpta vet. Lexic. efferunt: *Ansa*, λαβή. *Acucula*, βελόνη. Et Constantini l. 1 [3, 16, 1] Cod. Th. de repudiis: *oportet eam usque ad acuculam* [ubi rectius scribitur: *aciculam*] *capitis in domo mariti deponere.* Sed vix est, ut non *acula* et *aculam* his locis legendum sit: ut locutos mihi veteres constat. Glossarium: Βελόνη, *acula, acus.* Cledonius in arte: *Haec in diminutivo genus mutant, ut acus acula, hoc scutum haec scutella, hoc pistrinum haec pistrilla.* Accedet ipse Plinius infra lib. 34, 13. [Credo significari locum Plinii 34, 18, 50, 169. *Quidam .... plumbeo pistillo terere malunt.*] Corruptum quoque in Glossis Isidori: *Acucula, aculus, solers, agagula.* Scribendum: *Acriculus, acutus.* Eo vocabulo utitur Cicero 3 [17, 38]: Tuscul.: *ille acriculus Athenis senex Zeno, istorum acutissimus.* Ergo et hoc Plinii loco malumus: *belonae, quas aculas nos vocamus.* Pintianus, quod censuit, et ostendisse ait se ad lib. 10. Caput est illic 32 [47, 91], ubi de nidis halcyonum: *Nec unde confingantur, invenitur. Putant ex spinis aculeatis: piscibus enim vivunt.* Quae translata sunt ex Aristotelis animalium historia nona cap. 14. [Tom. I. p. 433. Schneid.]: Ἀπορεῖται δ', ἐκ τίνος συντίθησι τὴν νεοττίαν· δοκεῖ δὲ μάλιστα ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης· ζῇ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα. Ergo Pintianus, *ex spinis acus piscis.* Et voluit tale quid haud dubie Plinius. Sed verba potius fuisse crediderim: *Putant ex spinis acularum.*

AD LIBR. XXXIII.

PROOEM. [init. 2] *Ut minime parca*] Hoc nimis abit ab antiquissima Vossiani manu, quae est, *ut sugresiarca facilisque.* Literae *I* manu altera additum corniculum est, quasi *E* voluerit. Frustra. nam Plinii fuit: *ut suggerens large facilisque in omnibus quaecumque prosunt.* Sic enim et Vossianus aliique codices, 813
non tantum *quae prosunt.* Pintiani liber, *fugresiarcha*: unde ille *frugi sit archa.*

[2, 4] *Et aurum argentumque caelando carius*] Voss. *et aurum et argentum quae caelando.* Forsan: *Accessit ars picturae ad aurum et argentum, quae caelando cariora fecimus.*

CAP. I. [3, 7] *Quanquam et ipse miratus aurum*] Voss. *mirator auri.* Acad. quoque, Gud. Menap. *mirator*, sed vox sequens in tribus istis defit. Seneca epist. 115 [15]: *ut exspectarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret.* Noster lib. 14. cap. 4 [5, 51] *minime utique miratore inanium.* Pintiani liber ut Vossianus.

[4, 9] *Romanae, quorum more ferreum id erat et bellicae virtutis*] A Gelenio est. Acad. et Gud. *Romani quorum more ferendum id erat.* ut et Menap., nisi quod caret τῷ *id.* Voss. *Romaene quarum in more ferrent erat et virtutis bellicae insigne.* Scribe: *Manus, et prorsus sinistrae, maximam auctoritatem conciliavere auro, non quidem Romanae, quarum mere ferreum erat, ut virtutis bellicae, insigne.* Quarum, inquit, Romanarum sinistrarum insigne erat mere ferreum (non ut alia esset annuli, alia palae vel gemmae materia) utpote virtutis bellicae.

[4, 13] *Intelligi etiam consertoris usu*] Io. Andreas edidit, *etiam insertorii usu*, quod Caelius Rhodiginus scuti lorum interpretatur. Hermolao vulgatum debetur, et *consertor* est pugnator bellatorque. Vox utraque et auctore et Venere omni caret. Turnebus probat *sartoris usus*, etiam Kirchmann. in libello de annulis. Haec vero vox *sartoris* pro eo, qui vestes suit, quam nunc recepta, tam infrequens antiquis est et in solis Grammaticis adhaesit. Quis autem sensus? Impedimentum potuisse in annulis esse, si dextra gererentur, quod ei inserti fuerint impedituri sartorum operam, non tam facile obligata annulo manu, quam libera et nuda, arte sua usurorum. Scilicet is Plinio et Romanis labor, ut qui vestes suunt (qui tantum negotii olim ne in luxuria quidem habuerunt, quantum nunc habent in iusto usu) dextra recte uterentur. Et tamen digitalia induunt instar annulorum. Dalecampius ait posse legi, *cum sartoris usu*, sed mox adoptat Hermolai coniecturam, nomen reddere oblitus, etsi id non modo apud ipsum, sed et apud Caelium, quem advocat, legisset. Gudianus plane et Men. ut retulit Turnebus, *etiam sartoris usus.* Acad. Chiflet. Voss. *etiam sertoris usus.* Ego tentabam: *Quod si impedimentum potuit in ea aliquod intelligi etiam armorum usui, argumentum est, maius in laeva fuisse, qua scutum capitur.* Ait pudorem eius et contationem fuisse, qui *laevis manibus latentibusque* (ita enim Voss. cum Chiflet.) *induit annulos*; non enim honoris et ornatus accessionem, quam si quaesisset dextra potius eos, ostentasset. Poterat aliquis obiicere: Immo dextram ad armorum usum voluit expeditam esse, atque adeo non impedire istis vinculis. Respondet Plinius: Praebes ultro argumentum in contrarium mihi. Nam si armorum usui annulos impedimento esse credidisset, atque ideo dextra eos prohibuisset, ne sinistram quidem violasset illis, cuius officium est militiae

sustinere ac praetendere scutum. Erunt fortasse, quibus mirum et incredibile videbitur, vocabulum tam notum et obvium sic corrumpi potuisse. Verum qui veteres codices tractarunt, sciunt nihil esse tam monstrosum, ut in illud non paullatim abeant verba etiam vulgatissima, postquam semel male legi et reddi coeperunt.

[6, 17] *Tantam gratiam plebis adeptus est*] Vossianus *plebi.* Ut et lib. 21, 3 [4, 8] *appellavit tribunos plebi.* Sed et idem *tantum gratia.* An *tantum gratiae?* Sed parum interest.

[6, 23] *Aurumque millibus lapillorum vilius fecit*] Sic et Mss., nisi quod *milibus.* Coniiciebam: *aurumque micis lapillorum vilius fecit.* Sic per contemptum appellat illam gemmarum pretiosissimam parvitatem. Infra cap. 4 [21, 68]: *non illo modo, quo in Oriente Sapphiro atque Thebaico aliisque in gemmis scintillat, sed micas amplexum marmoris.* Quod vellem intactum reliquisset Salmasius, nec subiecisset ignavum illud, *micans amplexu marmoris,* ad Solin. p. 1075.

Cap. II. [8, 34] *In consulatu suo ei senatum concilians*] *Senatum* illum igno-
814 rant nostri quatuor, hoc est, omnes: et tres quidem *eis concilians*; optimus, *in consulatu suo contilianis rebus ex eo ordine.* Fortasse: *M. Cicero demum stabilivit equestre nomen in consulatu suo, Catilinariis rebus, ex eo ordine profectum sese celebrans.* Pintianus quoque invenit in suo *contilianis rebus*, facit autem *Catilinanis.* Ut idem fecit lib. 2, 5. [est vitium in numero capitis. Scribe: 2, 51, 52, 137] *In Catilinanis prodigiis.* Neque ausim spernere.

[9, 35] *Quin etiam ipsum equitum nomen saepe variatum est*] In Gud. Men. Acad. deest *τὸ equitum.* Voss. *qui tum quidem etiam nomen ipsum.* Lege, *Equitum quidem etiam nomen ipsum saepe variatum est.* ut vidit et Pintianus.

[9, 36] *Multos pudet eo nomine appellari*] Notarunt ad marginem in Chifletiano esse *pudet trossulos vocari*: sed id quam vim habeat, quis intelligat? Sciendum igitur haec ita concipere Vossianum: *ideo quia non intelligunt, Trossulos nomen quid valeat; multosque pudet trossulos vocari. Sunt adhuc aliquae non omittendae*, etc. et omnia illa, *eo nomine appellari, et causam, quae supra indicata est, exponit, invitosque etiamnum tamen,* in optimo codice non apparere, uti nec in tribus aliis, quorum nobis copia est: qui una re differunt a principe, quod habent *multos pudet,* sine particula; quod tamen cur praeferam, nihil est causae. Neque in hac scriptura quidquam est corrigendum, modo memineris *Trossulos* priore loco antique poni, ut sit *Trossulus.* Pintianus notat in suo codice deesse: *et causam, quae supra indicata est, exponit, invitosque etiamnum tamen trossulos vocari.*

[11, 38] *Eamque coronam testamento reipublicae legavit*] Quare potissimum *reipublicae?* Pintianus *populo Romano.* Quare hoc quoque? Vossianus ille ἀμύμων· *testamento expraelegavit.* Scribe: *Piso Frugi filium ex privata pecunia donavit eamque coronam testamento ei praelegavit.* id est, per praeceptionem dedit, praecipuam eum habere voluit, nec conferre in erciscunda haereditate. Ulpianus [33, 8, 10] D. de peculio legato: *Si peculium servo vel filio praelegare velis.* Scaevola eodem tit. [33, 8, 26]: *Tite fili, e medio praecipito, sumito tibique habeto domum illam, aureos centum. Alio deinde capite peculia filiis praelegavit.* Et notissimum iuris studiosis est. Sed et aliis partibus laborat hic locus et est

omnis partim ex optimis codd., partim ex coniectura ita concipiendus: *Quis primus donatus sit ea, non inveni. Equidem, qui primus donaverit, a Pisone traditur A. Postumius dictator apud lacum Regillum, castris Latinorum expugnatis: cuius maxime opera capta essent, huic coronam ex praeda is dedit. Item L. Lentulus Ser. Cornelio Merendae Samnitium oppido capto. Sed huic quinque librarum. Piso Frugi filium ex privata pecunia donavit, eamque coronam testamento ei praelegavit.* Pro eo quod vulgo est, *Sed quis primum*, Men. et Gud. *et quod quis primum*, Acad. *et quos quod si quis primum quod quis primum*, ita ut quinque voces inductas velit pro nullis haberi: optimus, ut repraesentavimus. Idem pepulerat *τὸ ei* ante *cuius*, et paene ut Pintiani: *hanc coronam ex praeda his dedit.* Samnitum oppidi Caudii nomen excidisse suspicatur Pighius: quod posses reponere pro illo *sed huic*: quod non temere sic apparet in Chiflet. et Voss. *capto sed huic quinque librarum Piso.* Unde discimus certe vocabulum *corona* male his verbis interpositum, quod et ingrata eius repetitio in tanta vicinitate et historia arguit. Quam licet ex Valerio Maximo lib. 4, 3 [10] recognoscas: *Consul gravi fugitivorum bello a se liberata Sicilia eos, quorum praecipua opera usus fuerat, imperatorio more donis prosequebatur. Inter quos filium suum locis aliquot praeliatum fortissime titulo trium librarum aureae coronae decoravit, praefatus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantumque ponderis se testamento adolescenti legaturum promisit, ut honorem publice a duce, pretium a patre privatim acciperet.* Numquid ergo: *Spe auri quinque librarum Piso Frugi filium?*

CAP. III. [12, 39] *Cuius sceleris nos coarguimus illum primum qui*] Voss. *Et nos sceleris arguimus illum, qui primus auro dignitatem per annulos fecit.* Ut et Pintianus, cuius etiam *Ita hercules, idem enim tu Brute*, plane Vossianus confirmat. Particula ut in Virgiliano [Aen. 10, 468]:

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? 815

[12, 41] *Salutaris exortus Vespasiani Principis*] Parum interest, sed quatuor nostri, *Vespasiani imperatoris.*

[13, 42] *Libralis, unde etiam nunc libella dicitur et dupondius, appendebatur assis*] Ita haec interpungenda, ne dupondios asses inde, ut quidam fecerint, constituamus, id est, bilibres, monet Salmasius de usuris p. 571. Sed unde haec insolentia Plinio, ut *assis* malit in nominativo quam *as* dicere? Scribe: *Librales (unde etiamnunc libella dicitur et dipondius) appendebantur asses.* Sic infra [13, 45] Vossianus: *Fabio Maximo dictatore assis uncialis facti.*

[13, 43] *Quin et militum stipendiorum hoc est stipis*] Et hic facile aliquid molesti sentias. Vossianus *stipendia hoc est stipis ponderandis*; dein dissimulat *τὸ dicuntur*: et satis est paullo ante positum. Lege: *Quin et militum stipendia, hoc est, stipis pondera, dispensatores, libripendes. qua consuetudine in his.* Qui enim aut ubi *pensatores* isti? At *dispensatores* passim in magnis, ut et in Augusta, domibus. Sic *Armeniaci belli dispensator*, quem Nero magna mercede manumisit, lib. 7, 39 [40, 129], *dispensator Hispaniae citerioris* lib. 33, 11 [52, 145]. Pintianus, *stipendia et stipis ponderandae.*

[13, 45] *Librae autem pondus aeris imminutum*] Voss. *Librare.* Scribe, *Librale autem pondus aeris*, sive malis, *assis. Librale* et Pintianus.

[Ib.] *Quadrans autem triuncis vocatus a tribus unciis*] Vocabulum *triuncis* Hermolaus firmat ex Varrone, sed corruptae lectionis. Voss. *teruncis*. Scribe, *teruncius vocatus*.

[13, 45] *Postea Hannibale urgente Q. Fabio Maximo dictatore*] Vossianus: *urgentem arcumque Fabio*. Latet aliquid. Facile nasceretur *urgente M. Minucium*. Sed non satisfacit. Forte, *iterumque Fabio Maximo dictatore*. Vel, *iterum Q. Fabio Maximo dictatore*.

[13, 46] *Mox lege Papiria semunciales asses facti*] Voss. *paparia semunciaris assis facti*. An *Mox lege Maria semunciarii asses facti*? Ut intelligatur Marius ille Gratidianus, de quo Cicero in tertio de officiis [20, 80]: *Ne noster quidem Gratidianus officio viri boni functus est tunc, cum praetor esset, collegiumque praetorum tribuni pl. adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur (iactabatur enim temporibus illis nummus sic, ut nemo posset scire, quid haberet). conscripserunt communiter edictum cum poena atque iudicio constitueruntque, ut omnes simul in Rostra post meridiem escenderent: et caeteri quidem alius alio, Marius a subselliis in Rostra recta: idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit.* Neque offendat quemquam, quod Ciceroni vocatur *edictum*. Nam et *legem* appellat [Plin.] infra cap. 9. extremo [46, 132]: *tam iucunda lege plebi, ut Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicaverit. Semunciarii* et Pintianus.

[Ib.] *Drusus in tribunatu plebis*] Vossian. *plebi*.

[14, 48] *C. Gracchi familiaris auro repensum*] Voss. *rependum*. Lege, *rependendum*.

[14, 50] *Fuerat Philippum regem poculo aureo pulvinis subdito dormire solitum*] Sic Vossianus.

[Ib.] *Antonius in contumeliam naturae vilitatem auro fecit*] Editum olim *Antonius Sopus*. Hoc vocabulum *Sopus* quaedam exemplaria fere non habere notavit Hermolaus, ut supervacuum videri possit, inquit: Gelenius delevit. Vossianus: *Antonius opus contumelia naturae vilitatem auro ficiro dignum proscriptione sed partaci equidem miror*. Lege: *Antonius apud nos contumelia naturae vilitatem auro fecit. O dignum proscriptione, sed Sparthaci!* Nimirum *apud nos* dicendum habuit, quia prius *apud exteros*. Deinde dignum ait, qui proscriberetur: neque ab Sulla aut aliquo condiscipulorum, sed plane a Sparthaco, qui aurum castris inferri vetuerat. Hoc de Sparthaco deprehendit etiam et cepit Hermolaus, et e suo Pintianus repetivit.

[15, 51] *Sicut Carthagini cum Hannibale victae argenti pondo*] Voss. *victae aut pondo*. Neque necesse est vocem *argenti* repeti. Sine dubio in particula *aut* obrutus est numerus argenti librarum Poenis imperatarum. Is erat omnis, Livio et Appiano testibus, decem millia talentûm aequis pensionibus in annos
816 quinquaginta. Decem millia talentûm sunt bis millies quadringenties sestertiûm, nostri nummi sexagies centena millia Philippûm. Idem prorsus efficiunt Romana ratione sexcenta millia argenti pondo. Quibus mirifice conveniunt quae scribit Eutropius [3, 21], Carthaginiensibus, cum ante Hannibalis adventum pacem petiissent, datam a Scipione inter alias hac conditione: *quingenta millia pondo argenti darent.* Postquam autem hanc pactionem ipsi fecissent irritam, et ventum esset ad colloquium cum Hannibale [ib. 22]: *Addita quingentis millibus pondo argenti centum millia librarum propter novam perfidiam.* Id tum recusatum mox

expressit necessitas: et, perinde ut in Antiocho, eadem pecuniae summa, quam imperaverant hosti ultimis viribus integris, iisdem perditis contenta fuit Scipionis et Romanorum animi magnitudo. Haec sexcenta millia argenti pondo si dispensentur in annos quinquaginta, singulis annis eveniunt millia pondo duodecim: hoc est, quadragies et octingenta, talenta ducenta, nostrorum centum viginti millia Philipporum. Hoc igitur fuit annuum, et scripsit Plinius: *sicut Carthagini cum Hannibale victae XII pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri.*

[Ibid.] *Nec potest videri penuria mundi id venisse. nam Midas et Croesus in infinitum*] Voss. *id aeuenisse iam midas et croesus infinitum.* Lege: *Nec potest videri penuria mundi id evenisse. iam Midas et Croesus infinitum possederant.* Acad. quoque, Men. et Gud. *id evenisse*, et *Croesus infinitum.*

[Ibid.] *Talentûm autem Aegyptiûm pondo LXXX capere*] *Patere* scripti quatuor, quod adversus Guil. Budaeum defendimus in Pecunia Vetere.

[15, 52] *Sicque triumphare*] Voss. *atque ita triumphavit.*

[16, 53] *Ferasque argenteis vasis incessere tum primum visum. Mox quod etiam*] Voss. *ferasque etiam argenteis vasis incessiueretum primum noxi quod aetiam in municipiis.* Lege: *ferasque etiam argenteis hastis incessivere tum primum noxii, quod iam et in municipiis aemulantur. Noxii* puta bestiarii et confectores, de quibus et Observat. 1, 8. diximus. Suspicabar aliquando *argenteis rasis*, ut tamen intelligeretur *hastis.* Sic *interradere argentum* noster lib. 33, 11 [49, 140, ubi legitur: *ad sustinenda obsonia interradimus latera*] et *interrasile aurum* lib. 12, 19 [43, 94]. Hispaniensis triumphi Caesaris apparatus *argento rasili constitit* Velleio [2, 56, 2]. Martialis lib. 8, 71 [8]: *in cotyla rasa selibra data est. Incessivere* notavit et Hermolaus. Pintianus: *ferasque argenteis vasis incessi, vere tum primum noxiis*: quam elegantissimam lectionem vocat.

[16, 54] *Unam VII pondo habuit*] In Vossiano non conspicitur *unam*, non *alteram*, non *sicut*: est autem *haberet* ac *titulis*: quod posterius est et in Acad. Men. Gudian. Scribe: *Claudius successor eius, cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas septem pondo habere, quam contulisset Hispania citerior, novem, quam Gallia comata, titulis indicavit:* Cuique enim coronae titulus erat proprius. *Titulis indicavit*, sine τῷ *sicut*, etiam Pintianus.

[Ib.] *Et quota pars ea apparatus fuit*] Vox *apparatus* non est Plinii. Nam liber optimus: *et quod apars ea fuit aureae.* Quali ex scriptura in Acad. Men. Gud. factum: *et quo apparatus fuit aureae.* Ex utraque mixta ortum quod vulgo habetur, cum scribendum fuisset: *Et quota pars ea fuit aureae domus ambientis urbem?* Intellige omne id aurum, quo Pompeii theatrum opertum fuerat.

[17, 55] *Ante bellum Punicum tertium pondo CCXXVII argenti*] Vossianus, *pondo XVI. DCCCX. argenti XXII. LXX. et in numerato LXII. LXXXV. CCCC.*, id est, pondo sedecim millia octingenta decem, argenti viginti duo millia septuaginta, et in numerato sexagies bis centena octoginta quinque millia quadringenti. Habet eundem numerum Pintiani codex, nisi quod *DCCX.*

[Ib.] *Belli socialis initio DCCCXLVI auri pondo*] Voss. *belli socialis initio auri XVI. XX. DCCC. XXX.*, hoc est, sedecies centena viginti millia octingenta triginta.

[17, 56] *Laterum aureorum XX VI M et in numerato pondo CCC*] Voss. *laterum aureorum XXXV. et in numero H-S. CCC.* Recte, modo facias *numerato.* Triginta quinque millia laterum vult et numeratum sestertiûm trecenties. Budaeus
817 ex nescio quo codice aureorum quindecim, argenteorum 36000 facit et in numerato quadringenties.

[Ibid.] *Perseo rege Macedonico devicto praedam populo trium millium*] Voss. *rege victae Macedonico praeda H-S. II. III.* Scribe: *Intulit et Aemilius Paullus, Perseo rege victo, Macedonicae praedae sestertiûm bis millies trecenties.* Eundem numerum habet Pintiani codex. Hinc ergo potius reformandi Livius [45, 40] et Velleius [1, 9, 4], quorum alter *millies ducenties*, alter *bis millies centies* edit.

[18, 57] *Inde transiere in cameras: in parietes quoque*] Voss. *in cameras quoque et parietes, qui iam et ipsi tanquam vasa inaurantur.* Ut et liber Pintiani.

[19, 59] *Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat quo ignis*] Voss. *experimentum*, ut et Chiflet. Sed insuper Voss. *ut simili colore rubeat ignes atque et ipsum obrussam vocant.* Legendum igitur: *Aurique experimentum ignis est, ut simili colore rubeat ignescatque: id ipsum obrussam vocant.* Ut fere et Salmasius ad Solin. p. 1080, sed post Pintianum Men. Gud. Acad. *rubeat ignis atque ipsum. Obryzum* vel *obrussum aurum* quis veterum dixerit melioris seculi, nondum novi.

[19, 63] *Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit*] Voss. *Verrius docet.*

Cap. IV. [21, 66] *Aut gryphibus apud Scythas erutum*] Voss. et Pintiani liber: *aut apud Scythas grypis erutum.* Videtur *grypos* dixisse quos alii *gryphes*, Graeci γρύπας. Nec dubito quin et sic scripserit lib. 7, 2 [2, 10]: *Produntur Arimaspi, quos diximus, uno oculo in fronte media insignes, quibus assidue bellum esse circa metalla cum grypis.* lib. 10, 49 [70, 136] *Pegasos equino capite volucres et grypos.*

[Ibid.] *Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso*] Voss. *est, ut cursu ipso trituque perpolitum.* Habent et Acad. Men. Gudianusque particulam. Ut et Pintianus: sed praeterea eius liber *attrituque.*

[21, 68] *Cum iam inventum in summo*] Hermolaus observat antiquam lectionem esse non *cum iam*, sed *gummi*, quasi hoc sensu, terram illam gummi similem, cui subsit aurum, in summo cespite repertam vocari *alutationem.* Et sic mecum Men. Acad. Gud. *gummi inventum est in.* Voss. *cummina inventum est in.* Scribe: *ut nuper in Dalmatia principatu Neronis, singulis diebus etiam quinquagenas libras fundens cum minimum, inventum est in summo caespite.* Nisi et malis *ad quinquagenas.* Nam plerique *et quinquagenas.*

[Ib.] *Alutationem vocant, si et auro ea tellus subest. Caeterum montes Hispaniae*] Voss. *talutatium vocant si et auro a tellus subae sicetero montes spaniarum.* De prima voce decernere non est. *Balucaceum* veniebat in mentem a *baluce* vel *baluca* apud Iustinum, nostrum, Martialem. Item *Alutiatum* ex lib. 34, 16 [47, 157]: *in aurariis metallis, quae alutia vocant.* Sit igitur, donec certius quid sit et melius, *Alutiatum vocant, si ei auro et tellus subest. Caetera montes Hispaniarum aridi sterilesque, et in quibus nihil aliud gignatur, huic bono fertiles esse coguntur.* hoc enim postremo ordine in Vossiano. Men. et Gud. *si et auro attelus subesi.* Academ. *si et auro attalus subesi.*

[21, 70] *Et opprimunt operarios*] Voss. p. m. *operatos*: sed duabus supra literulis pictis posterior manus ostendit maluisse *operantes*, ut est in Academ. Gudiano et Menap. Frustra: tenemus enim vetus, quippe sensus eiusdem, propria quadam huius verbi ratione. lib. 26, 2 [6, 11]: *Sedere namque in scholis operatos gratius quam ire per solitudines.* Neque aliter in 2. Aeneid. [potius: 3, 135 sqq.]: *sicco subductae litore puppes. Connubiis arvisque novis operata iuventus. Iura domosque dabam.* Horatius lib. 1. epist. 2 [29]: *In cute curanda plus aequo operata iuventus.* id est, operans, in praesens occupata. Haesit in hoc verbo et M. Zuerius ad tertium annalem [cap. 43] Taciti. *Operatos* et liber Pintiani, quod ille frustra mutat in *operas*.

[21, 72] *Dantque signum ruinae eamque solus intelligit in cacumine montis eius pervigil*] Voss. *dat signum ruinamque solus int. in cac. eius montis vigil.* Acad. quoque ac Gud. Menapiusque *ruinam* et *vigil.* Forte: *Peracto opere cervices fornicum ab ultimo caedunt: id signum ruinae, quod solus intelligit in cacumine montis eius vigil.*

[21, 73] *Hic voce ictuve repente operarios revocari iubet, pariterque ipse devolat*] Voss. *Hic vocent ictuue uocari iubet operasque ipse devolat.* Acad. Gud. Men. *hic voce neue uocari iubet operasque ipse devolat.* Locus afflictus et despe- 818
ratus. Sed tamen lectius *operas* (quod et liber Pintiani) quam *operarios.* Forte etiam *voce tinnituve.*

[Ib.] *Mons fractus cadit e sese*] Voss. et Gud. *ab sese.* Acad. et Men. *a sese.* Lege, *in sese.* Lucanus, *In se magna ruunt.* Pintianus *a sese longe.*

[Ib.] *Tantaque ad pericula evincenda fuit satis causae*] Voss. *pericula et incendia satis fuit causa.* Tres quoque alii, *pericula et incendia.* Scribe: *tantaque ad pericula et impendia satis fuit causae.* Pintianus etiam *satis fuit causae.*

[21, 74] *Alius par est labor vel hoc maioris impendii*] Voss. *Alius par labor ac vel maior impendi.* Lege: *alius par labor ac vel maioris impendii flumina ad lavandam hanc ruinam iugis montium obiter ducere.* Sic enim iubet membrana castissima. Gud. etiam, Men. Academicusque, *ac vel maior inpendi.* Pintianus quoque: *ac vel maioris impendii.*

[Ib.] *Nimirum et hic labor est*] Voss. *ni millae et hic labor est.* tum, *libramentum oportet et fruaris quam fluat.* Coniiciebam: *Nimii et hic labores. Praecepisse libramentum oportet et strui varis qua fluat.* id est, furcis vel perticis vel vallis subiectis. Lucanus lib. 4 [vs. 439]: *dispositis attollat retia varis Venator.* Pintianus, *in mille et hic labores*: tum *libramentum*: denique, *ut fiat ei qua influat.*

[Ib.] *Ut procul intuentibus species nefaria*] Voss. *species nafarium.* Et profecto nihili est illa *nefaria* species. Numquid *species natantium quidem, sed alitum fiat*? Gud. et Acad. *nefarium.* Men. *nepharium.* Pintianus, *ne ferarum quidem.*

[21, 75] *Et lineas itineri praefigunt*] Voss. *praedicunt,* quasi velit *praeducunt.* Sic cap. 3 [19, 60]: *cum argento, aere, plumbo lineae producantur.* Voss. *praedicantur.* Lege *praeducantur.* cap. 6 [31, 98]: *Lineas ex argento praeduci fierique mirantur.* Sic enim eximius liber, non *produci*, non *fieri producique.* lib. 35, 18 [potius: 35, 17, 58, 199]: *Est et vilissima* [apud Gron. manifesto errore typographi *utilissima*] (creta), *qua circum praeducere ad victoriae notam instituerunt maiores.* Colloquia Scholastica: *Παραγράφειν οὐκ οἶδα· σὺ ἐμοὶ παράγραφον, ὡς οἶδας. Praeducere nescio: tu mihi praeduc, quomodo scis.*

[21, 75] *Erumpit torrens tanta vi, ut saxa pervolvat*] **Scribe cum Voss. Men.** et Gud. *provolvat.* Terentius Andria [4, 4, 38]: *iam ego hunc in mediam viam Provolvam teque ibidem pervolvam in luto.*

[21, 76] *Eae sternuntur gradatim. Frutex est ulex roris*] Voss. *gradatim mulicem frutex est roris.* Lege: *eae sternuntur gradatim ulice. Frutex est roris marini similis.* Quod et e suo suggessit Pintianus.

[21, 78] *Callaeciam et Lusitaniam praestare quidam tradiderunt*] Voss. Gud. Acad. Men. *prodiderunt.* Non *pensitare,* quam commodiorem lectionem putat Pintianus.

[22, 79] *Est etiam una ratio ex auripigmento*] Voss. *est etiamnunc una.* Gud. Men. et Acad. *est autem nunc una ratio.* Pintianus *etiamnum.*

[Ib.] *Auripigmenti librae XIV permutarentur*] Voss. *X IIII,* id est, denariis quatuor.

[24, 82] *Anaitidis posita dicitur, quod in situ terrarum nomine hoc significavimus, numine*] Hermolaus Barbarus: *quod in situ terrae Armeniae significavimus.* Gud. et Men. *quod si tute rarum nomen hoc.* Acad. *quod sit tutelarum nomen hoc.* Voss. *quod situ terrarum nomen hoc signavimus nomine.* Videtur monstrare: *quo sit situ terrarum numen hoc, signavimus nomine, gentibus illis sacratissimo.* Frustra igitur Plinium arguit Dalecampius, quod nusquam huius templi meminerit in geographumenis. Non enim dixerat hic se alibi meminisse, sed nunc ipsum, ubi sit, signasse et denotasse nomine. Nimirum Anaeae vel apud Anaïtas.

[24, 83] *Respondit enim tum maxime Augustum*] Voss. *cummaxime Augustum de crure eius coenare.* Ut lib. 21, 7 [19, 42]. Sequitur: *seque illum esse, totumque sibi censum ex ea rapina.* Sic Vossianus absque *τῷ esse* in fine.

[25, 84] *Est et ipsi superlato vis malefica gallinarum et pecorum foeturis*] Voss. *malefici.* dein idem cum Pintiani libro, Academ. et Gud. *pecuariorum.* Men. *peculiariorum*: denique et primus, *Remedium abluere*, sine *τῷ est.* Blanditur: *Est et ipsi superlito vis maleficii gallinariorum et pecuariorum foeturis. Remedium* 819 *abluere inlitum et spargere eo, quibus mederi velis.* lib. 33, 8 [41, 123] quoque Voss. *argilla superinlata* pro *superillita.* [Quanquam et lib. 28, 8 [27, 103]: *Sinistrum pedem superlatum parturienti letalem esse.* Ex *Inserend.* p. 845.] *Gallinarios,* quos mihi subiecit consensus codicum in *pecuariis,* habes et lib. 10, 55 [76, 155]: *traditur ars gallinarii cuiusdam dicentis, quid ex quaque esset.* Cicero lib. 4 [2, 26, 82] Acad.: *An tibi erit quaerendus annularius aliquis, quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret?* Men. Acad. Gud.: *Remedium est dicitur enim abluere.* Nempe et *est* et *dicitur enim* insiticia.

[25, 85] *Quod si trito spuma adiiciatur*] Dalecampius, *nitri spuma.* Sed Voss. *tritus spuma exadiciatur.* Lege: *Quod si tritus pumex adiiciatur.* Certe farinam pumicis ulcera purgare oculorum scribit lib. 36, 21 [42, 155]. Sic quoque Pintianus.

Cap. V. [26, 87] *Illa quoque herba, quam luteam appellant*] Voss. *quam lutum.* Ut et infra [27, 91]: *Luteam putant a luto herba dictam.* Ubi praecepit Salmasius ad Solin. p. 255. Et tamen libri veteres, quibus ille usus, *lotam* aut *loton*: hic noster plane *luto.* Statim [26, 87]: *Natura est, quae lino lanaeve ad succum bibendum.* Voss. *sucum.* Voluit, opinor, *fucum,* id est, colorem.

[Ibid.] *Dein tenui cribro secernitur*] Voss. et Pintiani liber *cribro cernitur.* Lib. 18, 11 [29, 115]: *Posteaque gypsi pars quarta inspergitur, atque, ut cohaesit, farinam cribro subcernunt. Quae in eo remansit, excepticia appellatur et grandissima est. Rursus quae transiit, arctiore cernitur et secundaria vocatur.* lib. 35, 6 [27, 46] de Indico: *cum cernitur, nigrum; at in diluendo mixturam purpurae caeruleique mirabilem reddit.* Sic bene Salmasius, cum et in Voss. sit *cernatur.*

[27, 89] *Summa commendationis est, ut colorem herbae segetis laete virentis*] Caret optimus τοῖς *est ut*, dein praefert *colore in herba.* Scribe: *Summa commendationis, colorem in herba segetis laete ut virentis quam simillime reddat.* Noster lib. 18, 5 [falsus numerus capitis. Lege: 18, 7, 10, 52]: *Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam.* Ovidius met. [5, 482]: *primis segetes moriuntur in herbis.* idem [8, 290]: *segetes proculcat in herba.* Et in epistola Paridis [17, 263. Apud Merkel. est Her. 16]: *et adhuc tua messis in herba est.* Men. Gud. et Acad. *est in colore in herba si segetes late virentes.*

[27, 90] *Introducta opificum turba*] Quod ibi negotium fuerit opificibus introductis, videndum. Men. et Gud. *inducta.* Voss. *indocta*, ut et Academicus. Sed et Voss. mox *distinguit.* Itaque scribendum: *cum ipse concolori panno aurigaturus esset. Indocta opificum turba tribus eam generibus distinguit.* Etsi haud ignorem eleganter quoque dici posse *turbae distinguunt.* Sed praevalet veteris libri auctoritas. Idem fere voluit Pintianus.

Cap. VII. [36, 112] *Cuius rei quidem causam miror*] Voss. *Cuius rei causam aequidem miror.* Unam literam tolle.

[40, 118] *Iuba minium nasci et in Carmania tradit; Hermogenes et in Aethiopia*] Academ. cum Gud. et Men. *tradit et magnis in Aethiopia.* Voss. *tradit imagines in Aethiopia.* Scribe: *et in Carmania nasci tradit, Timagenes in Aethiopia.* Nobilem rhetorem et historicum Alexandrinum, Asinii Pollionis contubernalem, intellige. Idem reperit in suo codice Pintianus: sed male scribendum coniectat inde *Timaeus.*

[Ib.] *Ne modum excederet LXX in libras*] Voss. *H-S. LXX in libras.* hoc est, sestertiûm nummûm septuaginta.

Cap. IX. [45, 129] *Ut vel uno intuente populus totidem imaginum fiat*] Purgamentum calcaverat Pintianus, quum legendum forte scriberet *poculum*, non *populus.* Quasi docendus esset τὸ *populus* eleganter pro quovis maiore numero aut multitudine poni. At legit apud hunc ipsum lib. 35, 2 [2, 6]: *ut essent imagines, quae comitarentur gentilicia funera; semperque defuncto aliquo, totus aderat familiae eius, qui unquam fuerat, populus.* Apud Ovidium l. 6. [vers. 198] met. Niobe *populum natorum suorum* appellat. Et quinquaginta filios Artaxerxis *populum* appellat Trogus Pompeius lib. 10. [cap. 1. § 6]. Seneca ep. 105 [7]: *ut garrulitatem suam custodiat et contentus sit unius auribus, populum faciet.* id est, multos conscios. Ubi rursus insuave *poculum* miscet Pintianus. Sed huic quo de agimus loco nihil congruentius et tuendo et illustrando, quam verba Senecae lib. 1. nat. q. 5 [4]: *Sunt quaedam specula ex multis minutisque composita: quibus si unum ostenderis hominem, populus apparet, unaquaque parte faciem suam exprimente. Haec cum sint coniuncta et simul collocata, nihilominus seducunt* 820
imagines suas et ex uno turbam efficiunt. Caeterum catervam illam non confundunt, sed diremptam in facies singulas distrahunt.

[45, 130] *Certiorem imaginem reddi auro apposito aversis*] Voss. *opposito*, melius, ut puto.

Cap. X. [47, 134] *In agris suis sestertiûm M. M. possedit*] Voss. *in agris H-S. CIƆ CIƆ possedit* sine τῷ *suis*. Gud. *posset magus is sestertium*: Acad. *posset et in agris is sestertium*: Men. *in agris is sestertium*; tum iidem tres *XX millia possedit.*

Cap. XI. [49, 140] *Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri queritur*] Voss. *ex argento fieri Calvus orator quiritat.* Manus sequior *que* fecit. Sincerius antiquum. Est enim *quiritare* tanquam ad rem indignam Quiritium fidem invocare. Livius lib. 39 [8]: *prae ululatibus tympanorumque et cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium exaudiri poterat.* Valerius Maximus 6, 2 [8]: *Vidi eodem habitu quiritatuque praetorium virum Perpernam.*

[Ibid.] *Soleas ex auro quoque induere solebat*] Voss. ignorat τὸ *solebat*, ut et Academicus Gudianusque. Intelligitur enim ex praecedenti *invenit.* Etsi autem codex optimus *induere*, subscribo tamen Salmasio *inducere* legenti ad Pall. Tertull. [p. 416]. [Plinius lib. 7, 7 [lege potius: 2, 7, 5, 24]: *Divus Augustus prodidit laevum sibi calceum praepostere inductum, quo die seditione militari prope afflictus est.* Ex *Inserend.* p. 845.] Sueton. Octav. 92: *Si mane sibi calceus perperam ac sinister pro dextro induceretur.* Claudio 8: *Solebant et stertentis manibus socci induci.* Caesar de bello Gallico [2, 33]: *scutis ex cortice factis aut viminibus intextis, quae subito pellibus induxerunt.* lib. 2. de bello civ. [10, 6]: *supra* [cum recentt. legendum *super*] *lateres coria inducuntur.*

[50, 141] *Quater millies CCCC LXX M pondo transtulit*] Voss. *IIII CCCLXXX. ob transtulit.* Cuius scripturae ex parte Acad. Men. et Gud. *quatuor quadringentos LXX obsides transtulit.* At illud *ob* nihil aliud significat quam *pondo*: quatuor, inquit, millia trecenta octoginta pondo transtulit.

[Ib.] *Africanus in triumpho militibus XVII millia pondo dedit*] Nimis magnam largitionem aevo illo restricto Lipsius vocat 2. Admir. 8, et plus satis fore, si sint *septem millia pondo.* Pighius deesse aliquid coniiciebat, et supplendum locum hoc modo: *in triumpho transtulit XVII millia pondo, militibus septendecim pondo dedit.* Quod argenti si habuisset Numantia, multo celerius succubuisset Romanis. Quae autem largitio in militem *septendecim pondo*? septem millia ducenti nummi? Vossianus nos expediet, in quo sic legitur: *quod mesarum postea apparatu victa Numantia quidam dilata idem Africanus in triumpho militibus XVII dedito viros illo.* Scribe: *Hoc argenti tota Carthago habuit illa terrarum aemula, quot mensarum postea apparatu victa! Numantia quidem deleta idem Africanus in triumpho militibus X VII dedit. O viros illo imperatore dignos, quibus hoc satis fuit!* Significat multas postea fuisse mensas Romae, in quibus singulis plus fuerit argenti expositum per solennia convivia, quam tunc redactum est ex totius Carthaginis opibus. Aut si de singulis nimium est, paucarum admodum mensarum apparatum Romae luxuriantis plus effecisse librarum argenti, quam tum temporis omnis Carthago. lib. 36, 15 [24, 109]: *M. Lepido Q. Catulo Coss. domus pulchrior non fuit Romae, quam Lepidi ipsius: at hercule intra annos XXXV eadem centesimum locum non obtinuit. Computet in hac aestimatione qui volet marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia et cum pulcherrima laudatissimaque certantes centum domos*

posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. Addit Numantino triumpho Scipionem singulis militibus donativum septem denarios distribuisse. Confirmat, quod Pintianus appositis verbis *militibus XVII M pondo dedit* duo illa verba, *millia pondo*, in codice antiquo desiderari notavit: quod tamen neque intellexit ipse, neque post eum quisquam, quod sciam, aut intellexit aut cordi habuit. In Men. Acad. Gud. *XVII pondo dedit.*

[Ib.] *At Livius Drusus in tribunatu plebis XI millia*] Voss. *At Drusus Livius in tribunatu pleb. X.* In Livio et Seneca quoque notavimus illam mutationem loci nominum.

[50, 143] *Legatos Carthaginensium*] Voss. *Carthaginiensium*, ut optimi quique libri semper.

[Ib.] *Paterna quoque gente pulsum quod XII*] Men. et Gud. *paternaque gente* 821
appellatum. Voss. *paternaque gente pellitum.* Intellige Pellitum Sardum, ut ad Livium [23, 40, 3] monuimus.

[51, 144] *Aut Deliaca specie faceret, sed Punica. Idem et aureos fecit*] Acad. Men. et Gud. *sed punica eadem et aureos.* Voss. *sed Punicana. Eadem et aureos fecit.* Cicero pro Muraena [36, 76]: *stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia.* Valerius Maximus lib. 7, 1. [est vitium in numero capitis; locus legitur 7, 5, 1]: *lectulos Punicanos pellibus haedinis stravit et pro argenteis vasis Samia exposuit.* Sic quoque Pintiani codex.

[52, 146] *Addi sua memoria coeptum Fenestella dicit*] Voss. ultimam vocem iubet induci: sufficit enim antecessisse *tradit.*

[53, 147] *Nec copia tantum argenti fuerit vitae, sed validius paene manupretium*] Voss. *vita* et *manipretiis.* Quali ex scriptura Ciacconius, immo Pintianus: *Nec copia tantum argenti furuit vita, sed validius paene manupretiis.* Placet sententia; non obsoletum illud *furuit.* Malim *furere visi.*

[53, 148] *VI millibus sestertiis in singulas libras vasa empta habuisse*] Locum hunc mendae suspectum esse in dictione *vasa* ex antiquo scribit Budaeus lib. 3 [p. 369]. Credo equidem: nam Voss. Pintiani, Gud. Acad. Men. consensu: *eundem H-S. VI. in singulas libras una emptalia habuisse.* Lege: *Constat eundem sestertiûm sex millibus in singulas libras una emblemata habuisse.* Cicero lib. 4 [17] in Verrem: *scaphia cum emblematis.* Et [21] *thuribulum avulso emblemate.* Item [22] *duo pocula non magna, veruntamen cum emblematis.* Et [23. extr.]: *iis crustae et emblemata detrahuntur.* Plinius capite sequenti [55, 156]: *Ulysses et Diomedes erant in phialae emblemate Palladium surripientes.*

[53, 150] *Ut liberet amplecti vitia et liceret peccare*] Hoc a Gelenio. Voss. *ut ex liberet amplecti vitia et liceret.* Scribe, *ut et liberet*: et sic Academicus Gudianusque. Men. *utque liberet.* Sequitur in eisdem et Pintiani: *petere et dignatione.* Unde Ferdinandus, *Potare aere indignetur hic aliquis veterum*: acutius et pudentius Lipsius lib. 2. Elect. 8. *Petiere et dignationem hinc aliqui veterum*: sed non, ut velim, interpretatur. Vult enim quosdam etiam e priscis dignitatem sibi adstruere conatos electione ista et curiosa cura vasorum, inter quos Marium. At ego electionem istam et curiosam curam vasorum potius destruere dignitatem censuerim quam augere: Plinium autem dicere, ex ipsis vitiis tum grassantibus et insania in vasis pretiosis comparandis quosdam sibi gloriam para-

visse, dum ea soli aut cum paucis aspernentur: sic C. Marium post Cimbricam victoriam non in scyphis Mentoreis, non in auro, sed rusticis et servilibus in cantharis bibisse, neque hoc sordidum putasse poculum, quo et Liber Pater usus: unde et apud educatorem eius dormientem *gravis attrita pendebat cantharus ansa* [Virgil. Eclog. 6, 17]. Valerius Maximus lib. 3, 6 [6].

CAP. XII. [54, 151] *Quas induere aureas mos tritior vetat*] Andreas et vetustiores, *mos tristior*. Sed neutrum assis est unius. Itaque Th. Reinesius *mos patriciorum*, qui scilicet plebeias foeminas prohibuerit, ne eo luxus aspirarent, et excluserit auri usu in compedibus, 2. Var. lect. 7. Men. Acad. Gud. *quas induere aureas vestes, vidimus et in ipsa Aurelium Fuscum.* Eximius: *quas induere aureas monstritior uetet vidimus et in ipsi Aurelium.* Scribendum censeo: *quas induere aureas mos Quiritium vetet.* Hic plus, opinor, imperii habebat, quam mos patriciorum. Solet autem Plinius *Quirites* pro populo Romano dicere. Sic lib. 11, 37 [55, 150]: *Quiritium magno ritu sacrum est, ita more condito*, etc. lib. 33, 10 [47, 134] *Quiritium post Sullam ditissimus.* Cogitaveram etiam, *opus censorium vetet.* Sed illud simplicius. Quod sequitur, iam notavit Hermol. in antiq. codd. exhiberi: *ob insignem cum celebritate assectationem adolescentium scholae.* Nec aliter credibile est invenisse Pintianum, qui coniiciat: *cum celebratae assectatione adolescentium scholae ex argento annulos haberent.* Certe nostri non aliter fere: *calumniam* utique reperimus nusquam, etsi dissimulet Ferdinandus. Veniebat sub acumen stili: *Fuscum, motum equestri ordine, ob insignitam celebritatem adsectantium adolescentium scholae, ex argento annulos habentem.* Significat equestri eum ordine motum, praetextu haud dubie rei notandae, seu
822 verae seu fictae, sed intimam propriamque ob causam haud aliam, quam ut refrigeraretur vanitas hominis per publicum trahentis invidiosam et iam imperantibus suspectam turbam scholasticorum et sectatorum, nobilium et promptorum iuvenum, eloquentiam aemulantium. Atque is cum caruisset ordine iusque aureorum perdidisset, ut tamen distaret a vulgo et invidiam faceret iuratori, a quo erat notatus, argenteos annulos induit. Satis tamen est credibile hanc censoriam aut magistri morum animadversionem multos ei comites in reliquum detraxisse.

[54, 152] *Vaginae batillis, balthei laminis crepitent*] Hoc ab Hermolai coniectura. Voss. *vaginae catillis, baltea lamnis crepitent.* Puto *catellis.* Horatius l. 1. ep. 17 [vers. 55] *saepe catellam, Saepe periscelidem raptam sibi flentis.* Livius lib. 39 [31]: *Quintius alter praetor suos equites catellis ac fibulis donavit.* Gud. etiam, Menap. et Acad. *catillis.*

[55, 154] *Exstare dicitur. Ephesiae Dianae templum iacet, Capitolium incendiis*] Voss. et Pintiani: *Dianae templi aut Capitolini incendis.* Acad. Men. et Gud. *templi aut Capitolii incendiis.* Recte: *ac iam nullum exstare dicitur Ephesiae Dianae templi et Capitolini incendiis.* Significat in illis periisse.

[55, 155] *Bacchae Centaurique caelati in scyphis*] Voss. *Centauros bacchasque caelatis scyphis*: tum, *aede Silenus*, sine copula. Lege: *Acragantis in templo Liberi Patris in ipsa Rhodo Centauros Bacchasque caelati scyphi: Myos in eadem aede Silenus et Cupidines.* Gud. *bacas centaurosque celatas cipimius in eadem.* Ut et Acad. et Men., nisi quod *bachas.* Praecipuum horum adfirmat codex Pin-

tiani: quo non contentus ille corrigit *in ipsa Lindo*: neque enim necesse fuisse subiungi *in ipsa Rhodo*, cum a principio dictum foret *in Rhodiorum insula.* Immo quid necesse fuit subiici *in ipsa Lindo*, cum tam vicinum praecedat *apud Lindiam Minervam*? An Lindia Minerva non erat in ipsa Lindo? At *ipsa Rhodos* non est Rhodiorum insula Plinio, sed oppidum Rhodos in Rhodiorum insula.

[55, 156] *In duobus scyphis H-S. XII aestimatis*] Ego interpretor sestertiûm duodecies, id est, censu senatorio, ait Budaeus. At Ciacconius: Quae notae si *duodecies sestertiûm* designant, triginta scutatorum millia conficiunt: si vero, quoniam de Graecis ibi sermo est, *Λ XII*, id est, *talentis duodecim*, est legendum, scutati sunt 7200. Salmasius corrigit, *sestertiis quinque, hoc est, pondo XII aestimatis.* Quod equidem miror vehementer, cum prorsus abhorreat a consuetudine Latine loquentium. Vossianus nihil mutat. Gud. Men. et Acad. *pondo XII.* Itaque simplicissime intelligenda duodecim millia nummûm, seu trecenti Philippi. Hoc et materiae et manus pretium: sed materiae non magnum pondus fuisse in scyphis satis liquet.

[Ib.] *Cuius binae unciae viginti venierunt*] In vetusto exemplari non *viginti*, sed *decem* legi testatur Budaeus, utrobique tamen deesse summam videri. Salmasius: Aut de pondo aut de sestertiis intelligendum, quae sestertia libras duas cum semisse faciunt argenti. Sic ille. Frustra dubitat. Et *venire viginti pondo* et *aestimari duodecim pondo*, quod sit pretio librarum viginti aut duodecim, sermones sunt mercatus non Romani: neque enim illis, eo utique seculo, ut nobis hodie, *libra* vel *pondo* argenti pro signati argenti summa dicebatur. Quod autem librum veterem *X*, non *XX*, habuisse ait, is tanto peior fuit. Voss. clare: *Fuit et Pytheas, cuius duae unciae XX venierunt.* Hoc est, viginti millibus nummûm, quae et viginti sestertia dicebant, et sunt nostri Philippi quingenti, quum solius materiae pretium sint sedecim denarii, vel sexaginta quatuor nummi sestertii, nostri duo daleri aut paullo plus. Gud. quoque, Men. et Acad. *duae unciae viginti.*

[55, 157] *Ne exempla quidem liceret exprimere: tam opportuna iniuriae*] Voss. quoque, Men. Gud. et Acad. *exemplaria.* Reinesius in variis [2, 7. p. 174] *inopportuna.* Sed illud defendimus ad Senecam de brev. vitae cap. 17.

[56, 158] *Pretium in libras XXXII*] Voss. *pretium in post libras XII.* Lege: *Pretium in pondo libras X II*, hoc est, denarii duo.

[Ib.] *Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio*] Voss. *marmoro sub* 823
dimidio. Lege: *Proximum marmorosum dimidio Attici pretio.* Gud. et Men. *marmaro subdimidianti pretio.* Acad. *marmares subdimidianti pretio.* Sic et Pintianus.

[56, 159] *Pretium in libras huius sestertii bini. Dipondiis vero detractis*] *Tò huius* non est in Vossiano. Caeterum quod lucidum vocant, eius pretium esse vult in libras sestertium unum et dimidiatum: tantum enim restat dipondio binis sestertiis detracto. Perperam Dalecampius, fere sestertio uno, nam sestertius, inquit, valet asses duos sive pondo et semissem. Immemor seculi, quo vivebat Plinius. Sestertius cum primum cuderetur, tantum valuit, Plinii aevo quatuor assibus semuncialibus mutabatur.

*

Cap. XIII. [57, 162] *Pretia eius XXIII in libras, coerulei XVIII*] Voss. *praetia eius XX in libra coerulei XVIII.* Lege: *Pretia eius* X *X in libras, coerulei* X *VIII,* hoc est, *denarii decem,* et *denarii octo.*

[Ib.] *Accessit et Nestorianum*] Voss. et Academ. *Vestorianum.* Vestorius Ciceronis amicus in epistolis ad Atticum [4, 6. extr., 16. med.] et in octavo [8, 8. init.] familiarium a Caelio appellatur. Vel hic vel huius gentilis ei auctor fuit. Vitruvius lib. 7, 11: *Caerulei temperationes primum Alexandriae sunt inventae; postea idem Vestorius Puteolis instituit faciendum.*

[Ib.] *Pretium eius XL in libras*] Voss. *X I* hoc, est, *denarius unus.* Sic accipe mox quoque: *cuius pretium* X *VII in libras.* hoc est, *denarii septem.* Utrobique autem absunt Vossiano *in libras.*

[Ib.] *Idem et Puteolani usus, praeterquam ad fenestras*] Voss. Pintiani, Men. Gud. *praeterque ad fenestras.* Sic enim amat loqui, *praeterque,* pro *et insuper.* Sic lib. 9, 2 [1, 3]: *ut vera fiat vulgi opinio, quicquid nascatur in parte naturae ulla, et in mari esse, praeterque multa, quae nusquam alibi.* lib. 23, 8 [78, 150]: *Pistacia eosdem usus habent quos nuclei pinei, praeterque ad serpentium ictus, sive edantur, sive bibantur.* lib. 29, 5 [33, 105]: *Ius ex carne arietum privatim adversus cantharidas, item lac ovium calidum; praeterque his, qui buprestin aut aconitum biberint.* Sic Vossianus et Pintiani codices. lib. 33, 2 [10, 37]: *praeterque armillas civibus dedere, quas non habent externi.* lib. 34 [18, 54, 176]: *Vis eius eadem quae supra dictis, levissima tamen ex omnibus, praeterque ad candorem foeminarum.* lib. 38, 8 [Lege: 35, 8, 34, 57]: *Venas protulit, praeterque in veste et rugas et sinus invenit.*

AD LIBR. XXXIV.

Cap. I. [init.] *Et aerarium et obaerati ab aere dicti*] Vossiana quantivis pretii lectio: *et aerarium, obaerati, aere diruti.* Festus [4, 52. p. 69. Müll.]: *Dirutum aere militem dicebant, cui stipendium ignominiae causa non erat datum. quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.*

[Ib.] *Et alia quae vetustas tradidit cum aequalem*] His in verbis τὸ *quae* et τὰ *tradidit cum* nec Vossianus nec Gudianus nec Menapius nec Academicus agnoscunt. Omnia recte habebunt, si *declarat* facies pro *declararet. Docuimus,* inquit, *quamdiu populus Romanus aere tantum signato usus sit. Sed et alia vetustas aequalem urbi auctoritatem eius declarat, a rege Numa collegio tertio aerariorum fabrûm instituto.*

Cap. II. [5, 10] *Hic est exemplar Aeginetici aeris*] Voss. melius: *Hoc erit exemplar Aeginetici aeris.*

[Ib.] *Aemulatio autem et in materia fuit*] Voss. *aemulatio lis et in.* Scribe: *Aemulatio iis et in materia fuit.* Polycleto et Myroni. τὸ *autem* delet et Pintianus.

Cap. III. [6, 11] *Clesippus fullo*] Forte *Ctesippus.* Sic *Ctesippus* Chabriae filius [apud Athen. [IV, 60. p. 165. E.] et Herculis duo *Ctesippi* filii, ex Deïanira Oenei et ex Astydamia Amyntoris, si recte legitur apud Apollodorum [II, 7. 8 et 12], et nisi potius unus est *Ctesippus,* quem alii Deïanira, alii Asty-

damia natum voluerunt. Ex *Inserend.* p. 846.] Hunc locum reliquum explicuimus in Pecuniae Veteris 4, 8, 686.

CAP. V. [10, 19] *Equestres utique statuae Romanam celebrationem habent*] Acad. Gud. Men. *Equestres vero statuae.* Voss. *Equestres utique vero.* Lege: *Equestres ubique fere statuae.*

[11, 21] *Praeclara res, nisi frivolis coepisset initiis*] Voss. et Gud. *ni frivolis.*

[Ib.] *Namque et Actii Navii statua fuit ante curiam*] Voss. *atinavi.* Sic et 824
mox, *has et attinavi.* Scribe utrobique: *Atti Navii.* Hoc enim nomen hominis fuit, *Attus Navius.* Valerius Maximus lib. 1, 4 [1]: *Cum ab Atto Navio augure prohiberetur.* Sic notavimus in membranis. Vide ad Livii lib. 1, 36. Mentio eiusdem apud nostrum lib. 15, 18 [20, 77], ubi legendum censeo: *tanquam in comitium sponte transisset Atti Navii augurio. Si quando arescit, rursus (quae cura sacerdotum) seritur.* Nam Gud. Men. Acad. *acto navigio illico,* Thuan. *atto navigio aliquarescit.* Nimirum *Navii augurio* ob similitudinem literarum coaluerunt in *navigio.* Ex *si quo*, pro *si quando*, factum *aliquo* et *illico.* Neque invideo, si quis nosse velit, ut Turnebus haec concinnet lib. 27, 13., ut Scaliger ad Festum in *Navia,* ut Salmasius ad Solinum p. 1137.

[11, 22] *Alia causa et alia auctoritas maior in Horatii*] Tres supervacuas voces recidi iubet liber optimus. Sic enim ostendit: *Alia causa, alia auctoritas M. Horatii Coclitis statuae.* Cum hoc *maior* cadit et Pintiani *minor* pro *miror* in verbis sequentibus.

CAP. VI. [11, 24] *Non praeteribo C. Octavium ob unum verbum*] Pintianus tria postrema verba Pliniana esse negabat. Voss. *Cn. Octavium ob unum SC. verbum,* hoc est, senatusconsulti. Id verbum est *oculatissimo.* Sequitur enim: *In qua legatione interfecto senatus statuam poni iussit quam oculatissimo loco: eaque est in rostris.* Ita enim Voss. Vulgo desunt *eaque est.* Academicus, Men. Gud. *loco qui est in rostris.* Caeterum duas hic historias a Plinio male misceri notum est.

[12, 26] *Simulacra celebri loco dicari donec Sylla dictator*] Hermolaus ex vetustis codd. affert: *ea causa credo ne Sulla dictator ibi curiam faceret.* Men. et Gud. Acad. *dicari et credo ne Silla.* Voss. *dicari ea est et credo nec Sulla.* Scribe: *simulacra celebri loco dicari: ea stetere, donec Sulla dictator ibi curiam faceret.*

[12, 27] *Statuere quas mox laceraverunt nondum anno*] Voss. *Siquidem CCCLX statuere, nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere.* Non enim dicit prius laceratas, quam tot dies anni praeterissent, sed tot positas tum, cum annus nondum plures dies Athenis haberet. Non aliter codex Pintiani.

[13, 28] *Cum nec Lucretiae nec Bruto*] Voss. *cum in gretiae ac bruto.* dein, *fuerant non decernerentur.* Lege: *cum Lucretiae ac Bruto, qui expulerant reges, propter quos Cloelia inter obsides fuerat, non decernerentur.* Statim Voss. Gud. Men. Acad. *Hanc primam cum Coclitis.* scil. statua. Sic lib. 36, 5 [4, 14]: *nuper etiam in Lunensium lapicidinis. Sed in Pariorum mirabile proditur.*

[13, 29] *Ante enim sibi ac Sibyllae Tarquinium*] Redundare τὸ *sibi* ex archetypo suo statuit Pintianus. Voss. *Atto enim ac Sibullae Tarquinium.* Sine dubio rectius: nam Atto Navio et Sibyllae statuas a Tarquinio positas iam dixit et praecedenti capite extremo [11, 21. 22].

[13, 29] *Redditis a Porsena in honorem eius*] Voss. Gud. Men. Acad. *Porsenna.* Ut et mox, *quae Porsennae mittebantur.* Lib. 34, 14 [39, 139]: *In foedere, quod expulsis regibus populo Romano dedit Porsenna.* Lib. 36, 13 [19, 91]: *quem fecit sibi Porsinna.* Neque aliter apud Livium hoc nomen scribendum est. Sed et Voss. *nisi Cloeliae quoque Piso traderet ab his posita qui una obsides fuissent redditis a Porsenna honorem*, sine τῷ *in* et τῷ *eius.* Unde suspicor fuisse *positum* etc. *honorem.* Est enim *positus honor* posita statua in honorem. Sed et hoc *nisi* videtur supra exigere *crederem* pro *crediderim.* Sic igitur fac habeas omnem locum: *Hanc primam cum Coclitis publice dicatam crederem (Atto enim ac Sibyllae Tarquinium et reges sibi ipsos posuisse verosimile est), nisi Cloeliae quoque Piso traderet ab his positum, quae una obsides fuissent, redditis a Porsenna, honorem.* Gud. Men. Acad. *redditis a Porsenna honorem habuit.* Vulgatum ab Hermolao est, cum legeretur *honorem eius habuit.*

[14, 30] *C. Pompilio II. consulibus*] Voss. *C. Popilio II.*, uti notum est nomen hoc fingi debere. Et fuerunt a. U. C. 595.

Cap. VII. [17, 37] *Cum Lysippus ad sexcenta X opera fecisse prodatur*] Voss. *cum Lysippus ad CIↃD opera fecisse datur.* Scribe, *fecisse edatur* vel
825 *dicatur.* Pintiani liber, *MD fecisse tradatur.* Men. quoque, Acad. Gud. *tradatur.*

[18, 39] *Statuarum quas colossos vocant*] Voss. *colosseas.* Infra [18, 45]: *destinatum illius principis simulacrum colosseum.* Lib. 36, 5 [4, 26] *Mars etiam nunc sedens colosseus.*

[Ib.] *Iupiter a Claudio Caesare dicatus, qui vocatur Pompeianus a vicinitate theatri*] Voss. *Iuppiter aulo claudio.* Scribe, *a Divo Claudio Caesare dicatus.* Dein ut et Academ. Menap. Gudianusque: *qui devoratur Pompeiani theatri vicinitate.* Lege *devocatur*, et intellige, deprimitur, minus grandis apparet, submittitur. Sic *obliterare* lib. 36, 5 [4, 27]: *Romae quidem magnitudo operum eam obliterat ac magni officiorum negotiorumque acervi omnes a contemplatione talium abducunt.* Verbum habes lib. 34, 8 [19, 89]: *In hoc a simulacris deorum hominumque devocaverat humanissimam artem.*

[18, 42] *CCC talentis, quae contulerant*] Voss. ut et Pintiani: *contegerant.* unde ille *coegerant.* Forte, *confecerant.* Plautus Merc. 1, 1 [vers. 94]: *Lucrum ingens facio. ita peculium conficio grande.* Secunda in Rullum [13]: *Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiendae de vectigalibus vestris non fruendis, sed alienandis.* [Vel *conlegerant.* Horatius [Epist. 2, 2, 26] *collecta viatica multis Aerumnis.* Ex *Inserend.* p. 846.] Iidem, *relicto morae taedio obesse a rhodo.* Gud. *abesse a rhodo.* Academ. *abesse athodo.* Men. *theadio abesse arhodo.* Forsan, *relicto morae taedio obsessis, Rhodii.* Conieceram etiam *obsessae Rhodo*, quod puto voluisse Pintianum: sed illud magis placet.

[18, 47] *Provinciae Vibio Avito praesidente*] Voss. *Dubio Avito.* Hoc enim et nomen eius apud Tacitum lib. 13 [54, 56] et 14. annalium.

Cap. VIII. [19, 49] *Innumera artificum multitudo*] Voss. Gud. Men. *innumera prope artificum.* Acad. *innumera quoque prope artificum.*

[19, 54] *Quam Romae Aemilius Paullus ad aedem Fortunae dedicavit*] Voss. *quam Romae Paulus Aemilius ad aedem fortunae huiusce modiei dicavit.* Ubi duae literae superant. At infra plane idem praecipuus liber: *ad aedem fortunae hu-*

iusce diei. Ut praecepit Turnebus 16. Adv. 12. Pintianus insanum male, *ad aedem Nortiae Etruscae deae.*

[19, 55] *Polycletus Sicyonius Ageladis discipulus*] Voss. *agelade.* Ut et mox: *agelade et ipsum discipulum.* Scribe *Ageladae.* Est enim *Agelades* et *Ageladas* apud Pausaniam prima etiam declinatione. Sic et Pintianus. Apuleius de dogmate Platonis [p. 2, 35. Elmenh.]: *Quapropter inventa Parmenidae ac Zenonis studiosius exsecutus.* Sic membranaceus huius Academiae, non *Parmenidis.*

[19, 56] *Herculem, qui Romae Antaeum a terra sustinenten*] Acad. *Rome acerram sustinentem.* Men. et Gud. *Rome a terra sustinentem.* Voss. *Herculem, qui romae; agetera arma sumentem.* Pintiani liber, *Romae ha cetera arma sumentem*: unde ille, *in excetram arma sumentem.* Potius videtur: *Herculem, qui Romae, ab Otrera arma sumentem.* Etsi alii ab Antiopa malint. Sed haec nomina facile commutantur.

[19, 63] *Etiam cicatricibus operis atque conscissuris*] Voss. *concisuris.* Et sic scribendum apud Iustinum 2, 1 [20]: *tantis structa molibus, tot fossis concisa.* Caesar lib. 3 [9, 4] Gall. *pedestria itinera concisa aestuariis.*

[19, 64] *Satyrorum turmam, Alexandrum amicorumque eius*] Turnebus, *Satyrum, turmam Alexandri amicorumque eius.* Plenius et commodius Vossianus, Men. Gud. Academicusque: *Athenis Satyrum, turmam Alexandri, in qua amicorum eius imagines summa omnium similitudine expressit.* Immo et Pintiani codex.

[19, 66] *Ad Trophonii oraculum quadrigas Medeae complures equum cum fiscinis*] Recte Turnebus, *simulacrum Trophonii ad oraculum.* Sic enim et Vossianus, Menap. Academicusque. Sed et quod sequitur, graviter laborat. Voss. *quadrigas medei conplures aequin cum fuscinis canem venaticum.* Acad. *quadrigas mede cum plures equin cum fucinis.* Forte, *quadrigas in aedes complures.* Haec enim ornamenta fastigiorum erant. Iustinus lib. 24 [7, 10] de templo Delphico: *statuasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul visebatur, solido auro fusas esse.* In templo Apollinis Palatini

Auro Solis erat supra fastigia currus,

ut canit Propertius lib. 2. eleg. 3. [Erratum est in numeris. Est locus Eleg. 2, 32, 11, apud Lachmann. 3, 27, 11, qui scripsit: *Ergo Solis erat supra fastigia currus.*] Livius lib. 10 [23]: *aenea in Capitolio limina, Iovemque in culmine cum quadrigis.* Sed quid fiet illo *aequin*? Violentum forte sit *Neptunum cum fuscinis*: una enim ei sufficiebat. *Hercyna* etiam obversabatur σύνναος Tropho- 826
nii: sed quid illi cum fuscinis? Placidissime videtur exire *seque cum fuscinis.* habitu scilicet piscaturi. Petronius [cap. 109]: *Alius exsultantes quaerebat fuscina pisces.* Hesychius: θυννάζοντες, κεντοῦντες· τοὺς γὰρ μεγάλους θύννους τριόδουσιν ἐλάμβανον. Plinius 9, 15 [20, 51]: *mira dulcedine per aliquot horarum spatia et passuum millia a gubernaculis spectantur, ne tridente quidem in eos saepius iacto territi.*

[19, 72] *At Polycleti discipulus Aristides quadrigas bigasque. Et Iphicratis leaena laudatur*] Quatuor scripti, *At Polycleti Aristides.* Sufficit enim huc intelligi vocem, quae posita est in membro praecedenti: *Alcamenes Phidiae discipulus.* Dein Voss. *bigas quam phicratis.* Forte: *bigasque. Tisicratis leaena laudatur.* Dixit enim superius [19, 67]: *Huius porro discipulus fuit Tisicrates et ipse Sicyonius.* Inferius [19, 83]: *Xenocrates Tisicratis discipulus.*

[19, 73] *Bedas fecit adorantem Batton Apollinem*] Dalecampius intelligit Battum senem Ovidio [Met. 2, 707] in lapidem indicem versum. Cur non potius Aristotelem Battum, conditorem Cyrenarum, qui auspice Apolline coloniam eo deduxit e Thera? Sed potius *Batton* nomen est artificis, qui Apollinem et Iunonem fecit, ut vidit excellentissimus Reinesius Var. 2, 7.

[19, 75] *Idem celetizontas pueros fecit*] Voss. *Idem et celetizontas pueros* sine *τῷ fecit*, quod satis est mox poni.

[19, 78] *Et Castor et Pollux ante aedem Iovis Tonantis*] Acad. *Tonantis agasce.* Gud. et Menap. *Tonantis agesie.* Voss. *Tonantis hagesiae.* Ita ergo scribendum: *et Castor et Pollux ante aedem Iovis Tonantis Hagesiae.* nempe statuarii laudantur. Quintilianus lib. 12. Instit. cap. 10 [§ 7]: *Nam duriora et Tuscanicis proxima Calo atque Hegesias, iam minus rigida Calamis, molliora adhuc supra dictis Myron fecit.* Lapis in aedibus Witzii viri consularis Amstelaedami ex Asia advectus:

ΓΑΙΟΝ ΒΙΛΛΙΗΝΟΝ ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ
ΡΩΜΑΙΩΝ ΟΙ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣ ΣΚΟΠΑ ΠΑΡΙΟΣ ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝ.

[Cfr. Sillig. Catal. artif. p. 255.] Agnoscit et Hermolaus *Agesiae*, et ex eo facit *Hegesiae.* Itaque miror, quis id nomen deleverit.

[19, 80] *Menaechmi vultus genu premitur*] Voss. Gud. Acad. Menap. *Menaechim vitulus.*

[19, 82] *Brutus Philippensis cognomine suo illustravit*] Post haec verba continenter in Gud. Men. Acad. quamvis mediis paginis sequuntur *quod saepius fecisse bonitati plurimum confert*, in quibus finitur hoc caput. Interiecta desunt.

[19, 86] *Apellas et adorantes foeminas Antigonus Perixyomenon*] Hermolaus, *anhelas et adorantes*: vel *plebeias et adorantes.* Voss. *Apellas sed adorantes se foeminas Antignotus et luctatores peroxymenon.* Forte, *Apellas Ledam et ornantes se foeminas.*

[19, 88] *Mycon athletis spectatus*] Voss. *spectatur*, ut lib. 35, 11 [40, 141]: *Eudorus scena spectatur.*

[19, 89] *Pisicrates bigae Pitho mulierem imposuit*] Voss. *Tisigratis bigae piston.* Sed nondum locus *Tisicrati*, cum ordinem primarum literarum in nominibus sequatur. Quae autem *mulier* illa *Pitho*? Hermolaus Suadam interpretatur aut legendum *Pisto*, quae sit Credulitas. Dalecampius non *μελίγηρυν* et flexanimam Suadam, sed Dianam cognomine tali ab Hypermnestra dicatam intelligendam monet, teste Pausania. Nunquam eam Plinius *Pitho mulierem* dixisset. Suspicor, quod prius est, non esse nomen artificis, sed operis ex illis, quae fecit Niceratus, et scripsisse Plinium: *Pisistrati bigae Phyan mulierem imposuit.* Historia est apud Herodotum libro primo [cap. 60]. Valerius Maximus 1, 2 [extern. 2]: *Pisistratus in recuperanda tyrannide, quam amiserat, simulatione reducentis se in arcem Minervae est usus: cum per ostentationem ignotae mulieris, quae Phya vocabatur, formatae ad habitum Minervae, Athenienses deciperet.*

827 [19, 91] *Protogenes idem pictura clarissimus*] Exquisitus Vossianus: *picturae clarissimae*, ut lib. 35, 4 [7, 19] *Fabii clarissimae gentis.*

[19, 92] *Saltantes Lacaenae, emendatum opus*] Aptius legetur *commendatum*, quam *emendatum*, inquit Pintian. Haud ego vel ob unum Petronii locum [cap. 126]: *laterique adplicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem.* Sed et supra Plinius [19, 58]: *Capillum quoque et pubem non emendatius fecisse.*

[Ibid.] *Noscatur tam inane exemplum*] Sic et Voss. Pintianus, *insigne.* Lege, *tam immane exemplum.* lib. 22, 2 [corrige: 22, 22, 46, 92]: *boletos immenso exemplo in crimen adductos, veneno Ti. Claudio principi per hanc occasionem ab coniuge dato Agrippina.* lib. 28, 2 [3, 12]: *Durat immenso exemplo Deciorum patris filiique, quo se devovere, carmen.* lib. 30, 2 [5, 15]: *Immensum et indubitatum exemplum est falsae artis, quam dereliquit Nero.*

Cap. X. [22, 101] *Et ab eo argumento botrytis cognominata*] Voss. *camaris dependens et ab eo argumento botryonis nominata. Botryonis* et Menap. Academicus Gudianusque, sed et Pintiani: ipse, ut Hermolaus, *Botryitis.*

[22, 103] *Ostracitis tota nigra et caeterarum sordidissima*] Voss. *caeteris.* Lege, *nigra e caeteris sordidissima.*

Cap. XI. [25, 108] *Credunt seplasiae ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti*] Voss. *credunt simplasiae omnia fraudibus corrumpenti iam quidem, factaque emplastra et collyria mercantur.* Pintiani quoque codex, *seplasias omnia.* Men. Gud. Acad. *credunt simpla sed* (Men. *set*) *ea omnibus q.*

[26, 111] *Ocyssime vero contrahit coronarum aeruginem recisamentis*] Acad. Men. Gud. *Oc. v. contingit tenacior recisamentis.* Voss. *Ocyssime vero contingit coronariorum recisamentis in acetum additis.* Optime. *Contingit* est existit, nempe aerugo. Dixerat: *Aeruginis quoque magnus usus. sed pluribus ea fit modis. Coronarii*, qui coronas faciunt. lib. 21, 2 [3, 4]: *Sicyone ingenio Pausiae pictoris atque Glycerae coronariae dilectae illi.* Eodem lib. cap. 9 [30, 54]: *alii asphaltion, maiore folio, quo utuntur coronarii.* et cap. 12 [est cap. 11, 39, 68]: *Coronarii quidem et spinae flore utuntur.*

Cap. XIII. [34, 130] *Levissime haec efflatur et ocius evolatque*] Acad. *levissimo flatu evolat e fornacibus*, ut et Men. et Gud., nisi quod *evolatque.* Pintiani, *levissimum hoc efflatur et otius.* Voss. *Levissimum hoc est flaturae tutius evolatque et fornacibus et tectis adhaerescit.* Scribe, *loturae tutius.* Nam supra [33, 128] *pompholyx lotura paratur.* lib. 33, 7 [37, 114]: *alii minium faciunt prima lotura.* Hoc lib. 34, 18 [50, 168]: *Fit et lotura plurimi usus in medicina.* Mox [34, 130]: *Quod vero rubicundius ex iis invenitur, acriorem vim habet exulceratque adeo, ut, cum lavatur, si oculos attigit, excaecet.* Sic Voss., non *attingat.* Hoc igitur minus tutum loturae. Vocabulum bis habes infra cap. 18 [50, 168 et 170].

[34, 131] *Digitis scabriciem exterunt*] Quatuor nostri ut Pintian. *scabriciae excernuntur.*

[37, 136] *Id quod excocto supersit, diphryges vocari*] Voss. *id quod ex cocto superfit, diphryga vocant.* Plautus Sticho [4, 2, 12. vers. 592. Ritschel.]: *Edepol, te vocem libenter, si superfiat locus.* Acad. quoque, *diphryga vocant.* Sed διφρυγὲς Dioscorides.

Cap. XIV. [39, 139] *Ne ferro nisi in agricultura uterentur*] Acad. *in agro culto.* Gud. et Men. *in agro cultu.* Voss. *in agri cultu.* Et hoc Plinii. Libet enim disertis illa tralaticia variare. Cicero lib. 3 [97] in Verrem: *Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris?*

[39, 139] *Et stilo scribere intutum est, ut vetustissimi*] Acad. Men. Gud. *et cum stilo scribere intutum vetustissimi.* Voss. *et tum stilo scribere intutum vetustissimi.* Lege: *Etiam stilo scribere vetitum vetustissimi auctores prodiderunt.* Tangit et Iuretus ad Symmachum lib. 2. ep. 22.

[40, 140] *Et tamen vita ipsa non desiit honorem*] Voss. *defuit.* Ut Tacitus lib. 4 [1. init.] histor.: *Nec deerat egentissimus quisque e plebe et pessimi servitiorum prodere ultro dites dominos.* Item [4, 11]: *Nec deerat ipse stipatus armatis, domos hortosque permutans, apparatu, incessu, excubiis vim principis complecti.*

[Ibid.] *Furorem Learcho filio praecipitato residentem poenitentiamque*] Hoc a Gelenio est, cum haberetur *residentem poenitentiam,* quod a Pintiano. Sed Voss. *poenitentia res ferrumque miscuit.* Lege: *cum exprimere vellet Athamantis furorem, Learcho filio praecipitato, residentem poenitentia, aes ferrumque miscuit.*
828 Academicus, Men. Gud. *Learchum filium praecipitare volentis et residentis poenitentia.* Unde apparet, quantum sibi hoc in scriptore permiserint librarii. *Poenitentia* est mutato animo. Sic Phaedrus fab. 70 [4, 12, 9]: *Sancta incorrupta iura reddebat fide. Post quae labare coepit poenitentia.* Ita enim haec scribenda et coniungenda. Vulgo hoc vocabulum parum capiunt: non enim tantum dolorem ex actis, sed saepe mutatum animum et consilium modumque agendi contrarium significat. Suetonius Octavio [12]: *quo magis poenitentiam prioris sectae approbaret.* id est, se descivisse ab istis partibus, se aliam sectam sequi. Noster lib. 35, 11 [40, 141]: *Herculem tristem insaniae poenitentia. Post quae* frequens Tacito.

[41, 142] *Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur*] Voss. Men. Gud. Academicus consensu, *propemodo.* Et restituimus Plaut. in Trin. 3, 3, 50. [vers. 780. Ritschel.] et Liv. lib. 24, 20.

[41, 144] *In iis quidem nucleus ferri excoquitur*] Acad. Menap. Gud. *in his quidem ferrum excoquitur in his ad indurandam aciem aliquo modo sunt ad densandas.* Voss. *in nucleusque quidem ferri excoquitur in his ad indurandam aciem aliquemmodo ad densandas.* Unde Salmas. *in aliquibus ferrum excoquitur, nisi ad indurandam aciem: aliquae modo sunt ad densandas incudes malleorumque rostra.* Subscribo facile: nisi quod non concoquo, quam ille Plinianam locutionem vocat, *nisi* pro *non nisi.* Hoc non credo, nisi certis exemplis convincar. Et quid quaeso proclivius quam ex *in his* facere *non nisi*? Adde quae ad Livii lib. 34, 16. in Addendis notavimus.

[42, 147] *Aliud apprehendens ferrum, ut annulorum catena spectetur*] Acad. *aut apprehendens ferrum ut a col' lectione catena spectetur.* Gud. *haut apprehendens ferrum ut a collectione cat. spect.* Men. *aut apprehendens f. ut a collectione cat.* Voss. *aut adprehendens ferrum, ut acolorum catena spectetur.* Fortasse: *Sola haec materia vires ab eo lapide accipit retinetque longo tempore aliud adprehendens ferrum, ut acularum catena spectetur.* Acus enim acubus quasi nectuntur. Pintianus ex suo codice affert, *virus ab eo lapide,* et accinit pulcherrime. Immo pessime.

[42, 148] *Ferri utique inficit aciem, ut magnes. Eodem lapide Dinocrates*] Voss. *Ferrum utique inficit eadem ut magnete lapide Timochares architectus Alexandreae.* Scribe: *Ferrum utique inficit eadem vi. Magnete lapide Timochares,* etc., quamvis alibi *Dinocratem* appellet, de quo Salm. ad Solin. p. 1189.

Academ. Men. Gud. *Ferri utique inficit aciem ut magnes de magnete lapide timocrates.* *Τὸ ut* pro *vi* notavimus et lib. 32, 1 [1, 6]. Sic lib. 24, 11 [50, 85] libri optimi *naturae ut* pro *naturae vi.* Pintianus, *ferrum utique inficit*: *τὰ aciem ut magnes* pro supervacuis delet.

Cap. XV. [43, 150] *Alexander Magnus ibi vinxerat pontem*] E Chiflet. afferunt *vinxerit.* Voss. clare *iunxerat.* Pintianus libro suo fuisse ait *quia* et *iunxerit*: unde conficit: *quia Alexander M. eum iunxerit ponte.* Sed tam *pons iungi* quam *ponte amnis* bene dicitur. Tacit. 13 [7] ann.: *iubet expedire copias, quis Parthorum fines intrarent, simul pontes per amnem Euphratem iungi.* lib. 3 [6] hist.: *tris Vitellianas cohortes ad forum Allieni ponte iuncto consedisse.* Dein sic non apparet in Plinio, cui fuerit usui ferrea illa catena: quod tamen dignius notatu, quia ignotius, quam cur ea urbs dicta fuerit Zeugma: quod ex altera etiam scriptura facile colligas.

[45, 152] *Vis eius ligare, siccare, restringere*] Voss. *Potentia eius ligare siccare sistere.* Nempe ut *sistere sanguinem, alvum, profluvia.* Non aliter Pintiani, et ex Chifl. quoque notant *potentia.*

[46, 155] *Componitur hoc modo: obolis ex Cimolia creta duobus*] Pintiani codex: *pari obolis et Cimoliae cretae drachmae sex, aeris tusi drachmae duae, squamae ferreae totidem, cerae sex, olei sextarius.* Voss. *Componitur hoc modo pari obolis ex cimoliae cretae dragme sex aeris tusi, drachme duae squamae ferreae et totidem cerae ex olei sextarius.* Significat legendum: *oboli sex cimoliae cretae, drachmae sex aeris tusi, drachmae duae squamae ferreae et totidem cerae et olei sextarius.*

Cap. XVII. [48, 163] *Coepere deinde et esseda et vehicula et petorrita exornari*] Ab Hermolao, cum legeretur: *et esseda baculis et petorrita*, quod ab Io. Andrea. Acad. *et essedas et vehicula inanis luxuria.* media desunt. Pintiani codex: *esseda atque crepeturita*: unde ille, *esseda atque peturita aere exornare.* 829
Voss. *et essedas uaculis atque aere petorrita exornare.* Forsan, *et esseda sua staticulaque ac petorrita exornare*: tum quia vox eadem sequitur, ubi fatetur et Hermolaus in codd. antiquis esse *staticula*, tum ob locum lib. 37, 10 [54, 140]: *Reddunt enim species fluminum, nemorum et iumentorum etiam esseda et staticula et equorum ornamenta.* Salmasius *staticula* Plinio vult esse statuas, ad Solin. pag. 133. Id ego ex verbis Plinii colligere nequeo, praesertim cum post omnia hic subiiciat: *quaeque in scyphis cerni prodigium erat, haec in vehiculis atteri cultus vocatur.* Ergo *esseda, staticula, petorrita* sunt numero vehiculorum. Gud. et Menap. *essedas* et utrobique *vehicula.*

[Ibid.] *Non modo argentea staticula inanis luxuria pervenit*] Voss. *Simili modo quae inani luxoria ad aurea quoque non modo argentea staticula pervenit.* Scribe: *Simili modo (quam inanis!) luxuria ad aurea quoque, non modo argentea, staticula pervenit.* Illud *quam inanis* exemplis illustramus Observat. 1, 4, 49.

[49, 165] *Hoc videtur facere relaxatis spiramentis*] Voss. *laxatis.*

[Ibid.] *Locari solitum decem libris per CC annos*] Voss. *solitum X CC annuis postquam obliteratum erat XXLU*, sine *locatum est*, sine *reddit*, quod ad marginem vides et in Gud. Menapioque, sine *reddit nunc*, quod in Academico est: nec forte laborat haec lectio, nisi in posteriore numero, qui videtur faciendus *CCLV.* Prior significat *denariûm ducenta millia*, εἴκοσι μυριάδας, octingenta

millia nummûm; posterior *ducenta quinquaginta millia denariûm*, *πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς*, decies et viginti millia. Illa viginti, haec triginta millia Philippûm nostrorum. Nec vero deest quicquam, quod non deesse, utpote commode intelligendum ex vicino, Plinius voluerit: *quod locari solitum X̶ CC annuis, postquam obliteratum erat, CCLV.* nempe locari solitum est. Gud. *quod locari solitum X libras per CC annos postquam obliteratum erat reddit LXXII.* Ut et Acad., nisi quod *reddit nunc LXXII*, et Menap., nisi quod *reddit LXXXII.*

Cap. XVIII. [50, 167] *Alioquin plumbi e fornacibus halitus noxius sentitur*] Voss. *plumbi fornacium halitus.* Gud. Men. Acad. hactenus iuvant, quod carent praepositione.

[50, 170] *Versatum rudibus ferreis aut ferulaceis*] Voss. *trudibus.* Virgilius lib. 5 [vers. 208] Aeneid.:

> *Ferratasque trudes et acuta cuspide contos*
> *Expediunt.*

Sic enim optimi codices: sic Isidorus Origin. lib. 18, 7., cui *trudes* sunt *amites cum lunato ferro, ab eo quod trudunt et detrudunt.* Tacit. lib. 3 [46] annal.: *quidam trudibus aut furcis inertem molem prosternere.*

[52, 172] *Lavatur in linteis raris in aqua coelesti*] Praepositionem posteriore loco nescit Vossianus, ut et tres alii.

[53, 173] *Est molybdaena, quam alibi galenam vocavimus, plumbi et argenti vena communis*] Voss. *Est et molybdaena quam alio loco galenam appellavimus, venam argenti plumbique communis.*

[55, 177] *Ipso nidore itidem medetur*] Voss. *isdem.* Lege, *iisdem.* Gud. Men. Acad. *eis.* Idem Pintianus.

[Ibid.] *Aut sandarachae similius est, deterius existimatur*] Voss. *simile est, deterius iudicatur.*

AD LIBR. XXXV.

Prooem. [init.] *Annascentium quoque eis*] Voss. *Metallorum, quibus opes constant, agnascentiumque eis.* Gud. Men. Acad. *ac nascentium in eis.* Pintiani codex, *adnascentiumque eis.*

[Ib.] *Morosa caelandi pingendique ac tingendi subtilitas*] Lege cum Voss. et Pintiani codice: *caelandi fingendique ac tingendi.* Plasticen intellige, et *fingere ex argilla similitudines*, ut alibi loquitur.

Cap. I. [1, 3] *Maculas quae non essent in crustis inserendo*] Voss. *quae non esse in crustis.* Vult, quod ex veteri notant ad marginem, praepositionem deleri.
830 Lege autem *qua non essent.* id est, qua parte. Ait enim Neronis principatu inventum variare unitatem *crustis*, vel sectis fragmentis coloris diversi *inserendo maculas, qua* parte illae *non essent* nativae. Tres alii, *maculas non esse in crustis.* Illud *ut purpura distingueretur Synnadicus* male Gonsalius excepit ad Petronium [de bell. civ. 27]. Vide Observatt. 3, 11 [pag. 400. — pag. 257. Frotsch.]

Cap. II. [2, 7] *Aliae foris et circa limina animorum ingentium imagines erant affixis*] Pintianus *maiorum gentium* vel *alienarum gentium* coniectat. Ex vestigiis Chiflet. *minorum gentium* notat et improbat Dalecampius. Acad. Men. Gud.

amicorum gentium erant imagines. Voss. *aminorum gentium imagines erat.* Lege, *domitarum gentium imagines erant adfixis hostium spoliis.* Notus mos et passim celebratus. Livius lib. 10 [7]: *quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis.* lib. 23 [23]: *qui spolia ex hoste fixa domi haberent.* lib. 38 [43, 11]: *et caetera spolia eius urbis ante currum laturus et fixurus in postibus suis.* Suetonius in Nerone [cap. 38]: *domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc spoliis adornatae.* Venuste autem dicit ante domos visas *domitarum gentium imagines*, in ipsis illis spoliis, quae domitis victisque detracta erant, quae domitarum symbola et argumenta erant. Sic l. 37, 2 [6, 15] quasi ad Magnum Pompeium: *Nonne illa similior tui est imago, quam Pirenaei iugis imposuisti?* Sequitur in Voss. *quae nec emptori refigere liceret.* non *refringere.* Illudit sibi Pintianus, cum *refringere* hic interpretatur esse revellere ad huius libri cap. 4 [9, 26]. *Refigere* est revellere vel detrahere in sublimi fixum, ut *refigere aera.* Cicero lib. 12. famil. 1 [2]: *cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus.* Digest. [43, 24, 22, 2]: *Si ad ianuam tabulas fixeris, et ego eas, priusquam tibi denuntiavi, refixero.* Virgil. [Aen. 6, 622]: *fixit leges pretio atque refixit.* Men. *refrigere.*

[2, 8] *Cum Scipionis Africani transisset atrium*] Hermolaus scripserat esse codices, in quibus *Africani*, non *Pomponiani*, scriptum sit. Sed Voss. Gud. Acad. Men. ut et Io. Andreas: *Scipionis Pomponiani.* deinde Voss. *Saluittonis.* Men. et Gud. *Saluitonis*, quemadmodum idem Andreas. Locus insanabiliter depravatus, clamat Pintianus. Possis accipere Pomponium quendam adoptatum a Cornelio illo, *cui ad opprobrium vitae Salutioni cognomen erat*, teste Suetonio Iulio cap. 59. Caeterum ibi quoque scripti quidam *Saluitoni* et *Saluitioni.* Plinius lib. 7, 12 [10, 54]: *Eiusdem familiae Scipioni post eum cognomen Salutio mimus dedit.* Acad. hic quoque *Saluicio.* Men. et Gud. *Saluitto*: omnesque *nomen.* Coniiciebam: *Eiusdem familiae Scipioni post cognomen Salpitto mimus dedit.* A salpittis sive alapis, quibus os mimi praebebant. Glossae: *Salapitta*, *ῥάπισμα.* Arnobius lib. 7 [cap. 33. p. 574. Hildebr.]: *Mimis dii gaudent*, etc. *delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, salpictarum sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore.* Quod meo iudicio recte interpretatur Scaliger ad Catalecta: nec potest aliter accipi, quicquid tergiversentur. Nam *tubarum sonitus* patienter auditur, sed quis earum plausus? At hic optime convenit alapis: ut apud Ovid. lib. 2 [vers. 867] Met.: *modo pectora praebet Virginea plaudenda manu.* Nam spectatorum plausum intelligere prohibent omnia, quae praecedunt et sequuntur, ad eos, qui se dant spectandos, non ad spectantes, pertinentia. *Salapitta* autem et *salpitta* item ut *solpuga* et *solipuga.* Videtur factum ex *ἀλαπάζειν.* Glossae iterum: *Alapatur ἀλαπάζει. Ἠλάπακται, ἀλαπακτός, ἀλαπακτή, salapicta, salapitta, salpicta* et *salpitta.* Sic Ovidius *Sticte* facit caniculae nomen, et Latinis huiusmodi *offensa, intrita, missa, remissa.* Multis autem e Graecia in Latium transeuntibus praeponi a fronte illam literam, multis *A* in *I* mutari notum est. Unde nomen haudquaquam indignum mimo provenit, *Salpitto* a *salpitta*, ut ab *alea aleo*, a *praeda praedo.*

[Ibid.] *Hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecora notam irrepentem*] Nesciunt Mss. pronomen *ei*: nesciunt vocem *notam*: sed Vossian. *Africanorum dedecoriinrepente Scipionum nomini.* Menap. Gud. et Acad. *Africanorum dede-*

core irrepente. Lege: *vidissetque adoptione testamentaria Salpittonis (hoc enim fuerat cognomen Africanorum dedecori) inrepentes Scipionum nomini.* Nisi malis *Salpittones.*

831 [2, 9] *Quorum immortales animae in iisdem locis ibi loquuntur*] Vacat τὸ *ibi.* Sic enim Voss.: *quorum immortales animae in locis iisdem loquuntur.* Tres alii: *anime et in hiisdem locis ibi loquuntur.*

[2, 11] *Non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed etiam aliquo modo imaginibus*] Voss. *insertis voluminibus suorum foecunditatium septingentorum illustrium aliquo modo imaginibus.* Voluit *voluminum suorum foecunditati.* Men. et Gud. *et insertis in voluminibus non tantum sept.* Acad. *et insertis in voluminibus et nominibus non t. sept.*

[Ibid.] *Inventione muneris etiam diis invidiosus*] Ab Hermolao, cum dedisset Andreas: *inventioni muneris etiam diis invidiosis.* Voss. *inventor numquis etiam diis invidiosi.* Scribe *muneris*, ut et Pintianus. Gud. et Acad. *inventores quin etiam diis invidiosi*, ut et Men., nisi quod *invidiose.*

[Ibid.] *Ut praesentes esse ubique et claudi possent*] Voss. *ubique cludi possent.* Lege: *ubique et videri possent.* Men. Gud. Acad. *ut praesentes esse ubique credi possint.*

Cap. III. [3, 12] *Si liberorum turba parvis imaginibus ceu nidum aliquem sobolis*] Voss. *subolis* et *liberum.* Ut et mox, *Maiorum quidem nostrum.* Pintianus etiam *liberum.*

[3, 13] *Secumque in castris tulere*] Voss. *uenere.* Forte *vexere* aut *tenuere.*

[3, 14] *Invenit Q. Martius*] *Lucio* praenomen fuit, non *Quinto.* Itaque iure ignorat Vossianus τὸ *Q.*

[6, 18] *Pontius legatus Caii principis eas tollere conatus est*] Hunc quoque legatum principis a Plinio hic adhibitum Vossianus negat. Sic enim ibi: *ut uirgo ne minis quidem tempi concussegatus princeps tollere eas.* Vides, unde *legatus* iste primum natus sit. Quem ut habuerunt, nomen etiam ei fuit imponendum: ergo repetitis quibusdam literis vocis *concussae* addiderunt *Pontius.* Hic autem cum legati personam sustineret, non poterat dici *princeps*, sed *principis.* Hic quoque nomine destinandus erat, nempe *Caii.* Et hi modesti tamen, praeut alii, *ut uirgo nominis quidem taciti pontius legatus princeps*; sic enim Gudianus, Menap. Acad. et ex alio ad marginem notatur, quamquam *nominis* unde ortum sit, vides, nempe ex *ne minis* pro *ne ruinis.* At tu Plinium scripsisse puta: *Similiter Lanuvii, ubi Atalante et Helena cominus pictae sunt nudae ab eodem artifice, utraque excellentissima forma, sed altera ut virgo, ne ruina quidem templi concussae. Caius princeps tollere eas conatus est, libidine accensus, si tectorii natura permisisset.* Sic et Pintianus.

Cap. IV. [7, 22] *Qui princeps tabulam picturae praelii*] Vossianus: *Dignatio autem praecipua Romae increvit (ut existimo) a M' Valerio Maximo Messalla: princeps tabulam pictam praelii*, etc. Tres alii quoque τῷ *qui* carent: sed aliter nugantur, exhibendo: *existimo ualerio maximo consule cum messala princeps.* Eodem modo reticetur pronomen in illo Taciti 11. Ann. 6. *Meminissent C. Asinii et Messallae ac recentiorum Arruntii et Aesernini. ad summa provectos incorrupta vita et facundia.* Ubi frustra subiecerant *provectorum.* Adde infra lib. 35, 14 [48, 169].

[illegible] *hoc quidem L. Scipio*] Voss. *Fecit hoc idem et Lycipio.* Gud. [illegible] *hoc quidem et L. Scipio.* Mox Voss. *tradunt haud immerito* [illegible] *illo*, sine τῷ *iratum* et *in* praepositione, quae etiam abest [illegible] Men. Gud., ut in iisdem *quando*, non *quoniam*. Scribe: *Fecit hoc* [illegible], *tabulamque victoriae suae Asiaticae in Capitolio posuit: idque* [illegible] *fratrem Africanum tradunt, haud immerito, quando filius eius illo* [illegible] *fuerat.* Voluit idem Pintianus.

[illegible] *Rex Attalus VI millia sestertiûm emisset Aristidis tabulam Liberum* [illegible] *continentem*] Acad. *nam cum praedam vendendam distraxisset et XVI* [illegible] *emisset Aristides patrem liberum tabulam et pretium miratus.* Gud. *nam* [illegible] *praeda vendendas distraxisset et XVI libris emisset Aristides tabulam* [illegible] *patrem pretium miratus.* Menap. *nam cum in preda vendenda distra-* [illegible] *XVI libris emisset aristides liberum patrem tabulam precium.* Ubi [illegible] *libris* pro *sedecim talentis* scriptum arbitrabatur Budaeus, quum et [illegible] in suis invenisset. Caeterum hoc quoque specimen, quid in Plinio [illegible] voluerint. Voss. *in praeda vendenda rex atalia X VI emisset tabu-* 832
[illegible] *aristides liberum patrem pretio miratus.* Dictat certe *denariûm sex mil-* [illegible] eadem de re lib. 7, 38 [39, 126]: *Aristidis Thebani pictoris unam* [illegible] *centum talentis rex Attalus licitatus est.* Ubi si valere altera summa [illegible] scribendum *unam tabulam talento licitatus est.* Quod si verius pre- [illegible] est centum talenta (nam et hoc capite infra, ubi de operibus eiusdem [illegible] agit: *qua in arte valuit ita, ut Attalus rex unam tabulam eius* [illegible] *talentis emisse tradatur*), hic *denariûm sexcentis millibus* reponendum, ut [illegible] Plinius concordet. Nam talentum sine alia descriptione, et talentum [illegible], sex millia denariûm vel drachmûm Varrone, Plinio, Verrio Flacco, [illegible] testibus, viginti quatuor sestertia Seneca et Prisciano: decem talenta, [illegible] denariûm vel drachmûm sexaginta millia, sestertia ducenta quadraginta: [illegible] talenta, denariûm drachmûmve sexcenta millia, sestertiûm quater et [illegible]. Vult praeterea liber optimus: *tabulam Aristidae Liberum Patrem*, sine [illegible] *continentem*, quod et alii nostri tres aspernantur et liber Pintiani. Dicitur [illegible] per epexegesin, quam vulgo *appositionem* vocant, *Liber Pater tabula* [illegible] *Aristidae.* Sic lib. 35, 11 [40, 130]: *Eodem tempore fuit et Cydias, cuius tabulam* [illegible] *Argonautas H-S. CXLIV Hortensius orator mercatus est. Pretio* quoque forsan [illegible] inendum, ut legas: *Namque cum in praeda vendenda rex Attalus denariûm* [illegible] *millium* (sive malis *sexcentorum millium*) *emisset tabulam Aristidae Liberum Patrem pretio, miratus suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret*, etc.

[8, 25] *Quanti eum existimaret*] Voss. *aestimaret.* Recte omnino, taxaret. Tres item alii [illegible] *aret.*

[9, 26] [illegible] *H-S. XII M*] Voss. *a Cyzicenis X III*, hoc est, denariûm tribus [illegible] quod et Chifletianus firmat. nam Acad. *XIII libris*, ut et Gudian [illegible] pius.

CAP. [illegible] *Pretium optimae in libras XIII denarii*] Voss. *Pretium optima*[illegible], denarii duo. Gud. Men. Acad. *pretium optime XII d.*

[18 [illegible] *optimo in pondo sex X*] Quis fecerit, quaero: sed non ma[illegible] intelligatur. Nam Andreas dederat *sex librarum*: ut advocat B[illegible] de asse monetque in Mss. esse *in pondo CXI denarii*: in uno

vetustissimo sic, *in pondo CXI*, et *denarii* verbum additum fuisse lectoris manu et *C* loco deletili scriptum. Satis curiose. Et in meis quidem tribus iuxta invenio *in pondo* ·*CXI den.* sed hos neque vetustissimos neque optimos vocare ausim. At cui soli titulus uterque congruit, is longe aliter, nempe *in pondo UI X I*, hoc est, *in pondo sex denarius unus.* Puta, in libras obolus. Nam denarius habet sex obolos: sed obolus Atticus nummus est, non Romanus; assibus autem vel sestertiis id pretium definire molestum erat futurum, quum sestertius faceret obolum et dimidium eius, obolus autem asses binos et binos trientes. Ideo sic loqui maluit. Caeterum ridenda socordia nescio cuius, qui editionis Stoerianae margini adlevit Budaeum hic legi velle *in pondo XVI talentis.* Nimirum ad hunc locum retulit, quae Budaeus habet ad verba Plinii de Libero patre Aristidis [supra 4, 8, 24].

[20, 38] *Pretium eius in libras aeris quinque*] Voss. *in libras X VI*, qui sunt denarii sex. Gud. Men. Acad. *pretium eius in libra XVI d.* ut et Budaei codices.

[25, 43] *Librarium gummi, tectorium glutino admisto*] Voss. *comme.* Lege: *Omne autem atramentum sole perficitur, librarium gumme, tectorium glutino admixto.* Hic enim est ablativus a *gummis.*

Cap. VII [33, 52] *Publicas porticus investivit purpura*] Sic Hermolaus e codice veteri (nec aliter tres nostri), cum esset *occupavit.* Sed ille toties optimus inventus Voss. *porticus ecuravit.* puto *decoravit*, ut sequenti cap. *digna loca picturis condecoravit.* lib. 36, 5 [4, 38]: *Agrippae Pantheum decoravit Diogenes Atheniensis.*

Cap. VIII. [34, 54] *Celebrando pictores quam statuarios auctores*] Qui sunt isti *auctores statuarii*? Voss. *statuarios actore ut has primumque.* Lege sine dubio: *quam statuarios ac toreutas.* Quos alibi *caelatores* vocat, et artem illorum *toreuticen.* cap. 10 [non recte indicavit locum. Debet esse: 34, 8, 19, 54]: *primusque artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur.* In
833 auctoribus librorum 33. et 34. *Menaechmus, qui de toreutice scripsit.* Et nota *toreumata.* Sic invenit, sic expedivit hunc locum et Pintianus: sed *τὸ tam*, in quo ille collocando laborat, quatuor nostri non agnoscunt. Et certe Plinii mens illud repudiat, quemadmodum (quae altera Pintiani coniectura est) *τὸ quam* demi non patitur. Miratur enim fuisse qui scriberent nobiles statuarios et toreutas claruisse aliquot Olympiadibus antequam pictores, et hos coepisse demum nosci Olympiade nonagesima, quum constet Phidian etc.

[Ibid.] *Clypeumque Athenis ab eo pictum*] Acad. Men. Gud. *Olympiumque Iovem Athenis ab eo pictum.* Voss. *Olypeumque Athenis.* Manus secunda fecit *clypeumque.* Et hic meo periculo scribe: *Olympiumque Athenis ab eo pictum.* Quaeris, quis sit iste *Olympius*? Pericles. lib. 34, 8 [19, 74]: *Et Olympium Periclem dignum cognomine.* Iterumque [19, 81]: *Periclis Olympii vernula hic fuit.* Diodorus Siculus lib. 12 [40. Vol. V. p. 83. ed. Bip.]: *Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν δεινότητα τοῦ λόγου· δι' ἣν αἰτίαν ὠνομάσθη Ὀλύμπιος.* lib. 13 [98. Vol. V. p. 420. ed. Bip.]: *Περικλῆς ὁ Περικλέους τοῦ προσαγορευθέντος κατὰ τὴν δύναμιν Ὀλυμπίου.* [Forte *κατὰ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν Ὀλυμπίου.* Ex *Inserend.* p. 846.] Hermogenes in partitionibus [7. Vol. III. p. 49. in Rhett. Walz.]: *εἶτα μέντοι οὐδὲ καινά· καὶ γὰρ καὶ Περικλῆς Ὀλύμπιος*

ἐκλήθη. Et lib. 1. de inventione [39. Vol. III. p. 68. in Rhett. Walz.]: Ἠνέχθη σκηπτὸς ἐπὶ τὴν Περικλέους εἰκόνα, καὶ συμβουλεύει τις μηκέτι αὐτὸν Ὀλύμπιον καλεῖν. Valerius Maximus lib. 5, 10 [extern. 1]: *Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen ascendit.* Sic praeclare Christoph. Colerus eiecto vocabulo *Iovis*, quod hic quoque imperiti obtruserant.

[34, 54] *Panaeum fratrem eius, qui clypeum intus pinxit et in aegide Minervae*] Voss. *Panenum eius fratrem, quid clipeum intus pinxit elide minervae.* Absunt *et in*: neque his opus est. Scribe: *Panaenum eius fratrem, qui et clypeum intus pinxit Elide Minervae.* Sic vocatur Pausaniae, lib. 36, 23 [55, 177]: *Elide aedes est Minervae, in qua frater Phidiae Panaenus tectorium induxit lacte et croco subactum.* Sic Pintiani, Men. Acad. Voss. Vulgo etiam adleverunt praepositionem. Gud. etiam Academicusque et Menap. *pinxit Elide.* Hermolaus male, *in Aegide.*

[34, 57] *Barbarorum Datim, Artaphernem*] Lege *Datim Artaphernemque.* Nam τὸ *que* hausit sequens *Quin.* Continenter enim haec optimus liber sine distinctione capitum.

Cap. IX. [36, 62] *In palliorum tesseris intextum nomen*] Mss. *insertum.* Sed quis aequis auribus in Plinio accipiet *in ostentatione ostentarit*? Coniicio: *Opes quoque tantas adquisivit, ut in ostentationem earum Olympiae aureis literis in palliorum tesseris insertum nomen suum gestaret. Tesseras* intelligo notas et titulos, quibus dominus noscitur: ut nunc quoque in sudariis, mucciniis, indusiis, mappis et huiusmodi lino primis literis nomina possidentium acu et alio colore pinguntur. Rem confirmat, quod legimus apud Fl. Vopiscum in Carino [20. Tom. II. p. 849]: *Matris tunicam dedit mimae, lacernam patris mimo: et recte, si aviae pallio aurato atque purpurato pro syrmate tragoedus uteretur. Inscriptum est adhuc in choraulae pallio Tyrianthino (quo ille velut spolio nobilitatis exsultat) Messallae nomen et uxoris.* Ubi neque hiatum nec vitium agnosco in illis, *et recte si aviae*: quamvis Salmasius, deesse nonnulla suspicatus, sine ope melioris et integrioris exemplaris ea emendari posse desperet. Neque enim haec, inquit, satis capio, ut concepta sunt, nec cohaeret oratio. nam quae illa *avia*? aut quare non *recte uteretur pallio aurato et purpurato* tragoedus? Syrmata et pallia tragoedorum aurata et purpurata fuisse quis nescit aut quis negat? etc. Sic ille. At haec indigna tanto viro dubitatio ex re quamvis levi exstitit; nempe quia non vidit particulam *si* ἀντὶ τῆς *quum* a Flavio poni. ut apud Catullum carm. XIV. [17]: *Nam, si luxerit, ad librariorum Curram scrinia.* Hoc ergo Vopiscus: Matris tunicam largitus est mimae, patris lacernam mimo. Iure ille atque merito: nam et aviae pallium dederat tragoedo. Sic debuit, ut similis foret sibi, nec secum disconveniret, cum tragoedus pallio aviae, nepotis eiusdem dono, pro syrmate in scena uteretur. Nihil aliud significat, quam, ut matris tunicam mimae, patris lacernam mimo, sic aviae pal- 834
lium tragoedo donasse: sed variat et acuit sermonem lepide ἐπειρωνευόμενος. Malles forte: *aviae palla aurata atque purpurata.* nam palla tragoedorum: et ita forent quatuor diversa vestium nomina. Exstant nummi Iudaici cum imagine legislatoris, in quibus circa laevum humerum quasi in fimbria scriptum est משה. Viri docti torquatum interpretantur et inscriptionem torqui

additam. Nisi monetae signum est, nomen, ubi commodissime visum, legi iubentis, potius videatur pars vestis replicata, aut *κατάβλημα* plagulave ab summo humero ad imos talos utrimque decurrens. Certe forensia longa et honorata magistratuum huius urbis, quibus pro tribunali et in pompis utuntur, in parte, quae proxime sinistram axillam ante et post propendet, solido argento grandibus literis notatum ostendunt *LEYDEN.* Item viatorum Academiae colobia in oris, quae replicatae ante pectus descendunt, ornantur hoc argento literato: *ACAD. LVGD. BAT.* Et multis municipiis passim mos pallia apparitorum, lictorum, statorum similiter nomine suo insignire. Zeuxidis quoque literas auro solido et unciali potius fuisse quam intextas aut acu pictas crediderim: hoc enim potius congruit ostentatori pecunioso. Neque (ut ad Plinium revertamur) hinc abhorrere *tesserae* vocabulum Iustinus docet lib. 3 [5, 10]: *Ut non de salute, sed de sepultura solliciti tesseras insculptis suis et patrum nominibus dextro brachio deligarent: ut, si omnes adversum praelium consumpsisset, et temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent.* Polyaenus in eadem re lib. 1 [cap. 17] Strateg.: *ἵνα δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναιρέσει γνωρίζοιτο ἕκαστος, ἐπὶ τὰς σκυταλίδας τοὔνομα γραψάντων.* Hesychii verbis diceres *πινάκιον πύξινον ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ καὶ πατρός* in *Χαλκοῦν*, etsi de alia re hic loquatur. Iustinus igitur quoque licet tabellas indicet, facile tamen hinc colligas quodvis pittacium, massulam, laciniam, limbum, denique quamcumque materiam, cui nomen possit incidi, inscribi, addi, atque adeo ipsam partem vestis, quae nomen aut notas tales continet, *tesseram* vel *titulum* recte dici. Confert nescio quis illud Ovidii lib. 2 [733] Metamorph.:

Permulcetque comas chlamydemque, ut pendeat apte,
Collocat, ut limbus totumque appareat aurum.

Haec olim scripseram. Sed magis, opinor, satisfacient curioso lectori (quamquam ab his non dissentiant) nuper erudite ac copiose in hunc locum congesta a Cl. Viro Carolo Datio ad Vitas pictorum antiquorum: qui gustus effecit, ut universum opus tanto vehementius acriusque desiderent homines elegantes.

Cap. X. [36, 73] *Cum tristitiae omnem imaginem consumpsisset*] Voss. *et tristitiae.* Quod omnino requirit oratio: *Cum moestos pinxisset omnes, praecipue patruum, et tristitiae omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velavit.*

[36, 76] *Pamphili pictura est cognatio et praelium ad Phliuntem*] A scholiaste sunt *pictura est* ignorata Vossiano: et verba Plinii praecedentia facile id probant. Dixerat enim: *Eupompus* (docuit) *Pamphilum, Apellis praeceptorem. Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens*, etc. *Pamphili cognatio.*

[Ibid.] *Quam mercedem et Apelles et Melanthius ei dedere*] Vossianus pronomen *ei* non agnoscit. Scribe: *quam mercedem ei Apelles et Melanthius dedere.*

[36, 77] *Ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen*] Sic Gelenius, cum esset ab Hermolao *Diagraphicen, id est, picturam in buxo*, pro *antigraphicen, id est, picturam in luto.* Men. Acad. Gud. *ingenui omnia antigrapha.* Voss. *ingenui omnia antigraphice.* Lege: *ut pueri ingenui omnia ante graphicen, hoc est, picturam, in buxo docerentur. Omnia ante* est ante omnia, ut Suetonius Domitiano cap. 9. *aerarium apud*, Tacitus [Annal. 15, 47] *viam Miseni propter*, et similia, de quibus Observv. 3, 19 [p. 604. p. 294. Frotsch.] diximus. Caeterum huius

loci corrupta lectione et distinctione decepti lexicis inseruerunt: „*Διαγραφική*, *pictura in buxo*. Plinius." Idem sensit Pintianus.

[36, 78] *Semiramis ex ancilla adipiscens regnum*] Voss. *Sem. ex ancilla* 835
regnum apiscens. Probe et antique. Tacitus 3 [27] Annal. *apiscendi inlicitos honores aut pellendi claros viros*. lib. 4 [1] *palam compositus pudor, intus summa apiscendi libido*. Et [4, 16] *qui id flaminium apisceretur*. lib. 6 [45]: *nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur*.

[36, 80] *Quod manum ille de tabula nesciret tollere*] Voss. *non sciret*.

[Ibid.] *Quanto quid a quo distare*] Voss. *quanto quid a quoque distare deberet*.

[36, 81] *Tabulam magnae amplitudinis*] Voss. Gud. Acad. *amplae magnitudinis*.

[36, 83] *Nihil aliud continentem quam lineas visum effugientes*] Voss. *quam in lineas*. Voluit *quam III lineas* sive *tres lineas*. Sed non hactenus solum laborat locus. Sic enim Voss.: *Consumptam eam priore incendio Caesaris domus in palatio audi spectatam nobis ante spatiose nihil aliud continentem*. Interposuerunt *constat* et *spatiosiore amplitudine*. Sed videntur debuisse reddere: *Consumptam eam priore incendio Caesareae domus in Palatio audio, spectatam olim, tanto spatio nihil aliud continentem quam tres lineas*. Incendii Palatinae domus meminit Suetonius Octav. 57. *In restitutionem Palatinae domus incendio absumptae*. Quod sive prius sive posterius fuit, aetatem Plinii antecessit. *Tanto spatio* et Pintianus.

[36, 85] *Nam, ut diximus, ab alio pingi se vetuit edicto*] Edebatur antea *vetuit inveterato edicto*. Sustulit *τὸ inveterato* Gelenius. Sed et corrigendum *vetuerat*. Sic enim Vossianus: *nam, ut diximus, ab alio pingi se vetuerat edicto*.

[36, 86] *Alexander ei honorem clarissimo praebuit exemplo*] Voss. *quamquam Alexander honorem et clarissimo perhibuit exemplo*. Lege *honorem ei*. lib. 19, 4 [19, 59]: *quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere*. lib. 29, 1 [9, 29]: *obsto ut rebus praecipuis honos in primis perhibeatur*. Eodem lib. 29, 6 [39, 138]: *Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius*.

[36, 88] *Quanti licitaretur opera effecta*] Voss. *liceret*. nam et venditor *licere* dicitur. Suetonius Calig. 38. *monitum a Caio praeconem, ne praetorium virum crebro capitis motu nutantem sibi praeteriret, nec licendi finem factum*. Martialis lib. 6. epigr. 66 [4]: *Vendebat modo praeco Gellianus. Parvo cum pretio diu liceret*. Sic etiam codex Pintiani.

[Ibid.] *Ad bellum festinantem et ei galeam poscenti*] Voss. *festinantem galeamque poscenti armigerum porrigentem*. Pintianus *τὰ et ei* demenda notat iussu veteris libri.

[36, 94] *Pinxit et Heroa nudum*] Voss. *heroanumdum*. An *Hero anum*, Leandri amores anili specie, in qua scilicet pristinae formae reliquiae apparerent? Nisi tamen *Hero nudam*. Acad. et Gud. *Hero et leandrum ad quam picturam*. Men. *Hero et aleandrum ad quam picturam*.

[36, 96] *Ceraunobolon appellant*] Acad. *seraneoptitan*. Gud. et Men. *ceraneoptitan*. Voss. *ceraunobcitan*. Forte, *Ceraunobolian*. *κεραυνοβολίαν*. Nam haec omnia delere, tanquam quae sint Graeculi alicuius, ut voluit Pintianus, incivile est.

*

[36, 98] *Et sensus omnes expressit, quos Graeci vocant ethe*] Voss. et Pintiani: *et sensus hominis expressit, quae vocant graeci ethe.* Lege: *et sensus humanos expressit, quae vocant Graeci ἤθη.*

[36, 99] *Et Anapauomenen propter amorem fratris morientem*] Vox ultima ab explicatione est: nam nec in Voss. nec Acad. nec Gud. nec. Men. conspicitur. Eleganter uno vocabulo et nomen tabulae et rem expressit. Intelligit, opinor, Byblin amore Cauni *ἀναπαυομένην τοῦ βίου.* Pintiani eodem verbo caruit codex.

[36, 102] *Huic picturae quater colorem induxit subsidio iniuriae et vetustatis*] Hermolai est. Voss. Gud. Men. Acad., ut antea edebatur: *induxit contra subsidia iniuriae et vetustatis.* Novum hoc visum, qui *subsidium* ubique fere pro auxilio et adiumento poni meminerant. Sed Plinius *subsidia* potuit dicere, quo sensu Vegetius *subsessas*, quasi pro insidiis aut inopinata vi, vel pro vi atque impetu serioris temporis. Nam *subsidia* sunt robur secundum et posterum, primam aciem excipiens et sustinens. Multi, qui principia constanter toleravere aut etiam impulere, postprincipiis cessere: vel, ut clarius dicam, qui primae aciei hostili restiterant, aut etiam eam loco moverant, victi sunt a
836 *subsidiis*, postquam res ad triarios rediisset. Praesentem iniuriam, omnibus custodiam praestantibus, recens tabula facile effugit; ab aetate vitium non metuit, haud ita tuta ab secutura iniuria, cum post longam diem securius habetur, ab secuturo situ: et haec sunt *subsidia iniuriae et vetustatis.* Si tamen id durum cuiquam videatur, possumus scribere: *contra obsidia iniuriae et vetustatis.* Sic Columella 8, 2 [7. Vol. II. p. 387. Schneid., ubi legitur *insidiatorum animalium*]: *dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur.* Idem lib. 9, 7 [6. Vol. II. p. 446]: *contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibuli* [Schneid. *vestibulo*] *prodeuntibus inhians apibus affert exitium, eaeque pauciores intereunt, cum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugium.* Sive mavis *volantibus*, ut est in Mss. Forte autem legendum *eiusque*, ut ad *τὸ pestis* referatur. Eodem libro cap. 9 [Vol. II. p. 451]: *nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt, diffugiunt.* Nec minoris elegantiae *obsidio* apud Plautum, Ciceronem, Plinium. Iste Asinar. 2, 2, 15. *Herum in obsidione linquet, inimicûm animos auxerit.* Alter 5. famil. 6: *nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione foeneratores exemerit.* Tertius in Paneg. [81]: *nec mediocre pacis decus habebatur submota campis irruptio ferarum et obsidione quadam liberatus agrestium labor.*

[Ibid.] *Ut quem pariter casus et ars pinxerit*] Voss. *τὰ et ars* pro nothis habet. Quae duo vocabula ambigo, utrum lateant in *τῷ pariter*, fueritque *quem ars et casus*, an voluerit intelligi, scribendo, ut in membranis est: *ut quem pariter casus pinxerit*, scilicet, non ars aut artifex tantum.

[Ibid.] *Non iudicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse*] Dele verbum ultimum iussu Voss. Acad. Gud. Men., quorum duo priores etiam *se in eo exprimere.*

[36, 104] *Cum pingeret Poppyzonta retinentem equum. Canem ita Protogenes monstravit et fortuna*] Hic quoque locus est habitus pessime. Acad. *retinente panetum ita protogenes.* Ut et Gud. ac Menap., nisi quod *panecum.* Voss. *retinent pamecum ita protogenes.* Primum satis fuit dicere Plinio: *cum pingeret Poppy-*

zonta. Id nomen tabulae, ut *Anadyomene* Apellis, Antiphili *Aposcopeuon*, Aristidis *Anapauomene.* Satis intelligitur, cum appellatur ποππύζων, praesto ei equum fuisse: sunt enim ποππύσματα χολακεῖαι εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους, ut interpretantur Graeci. Deinde scribe e vestigiis Mss. *Retinent Parii equum.* Quod est personam ποππύζοντος periisse nescio quo casu; eam partem, qua equus erat pictus, superesse apud istos. Parii, e colonia Pario. lib. 34, 8 [19, 78]: *In Pario colonia laudatur Hercules Isidori.* lib. 36, 5 [4, 23]: *Eiusdem et alter nudus in Pario colonia Propontidis, par Veneri Cnidiae.* Stephanus [pag. 505. Meinek.]: Πάριον, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰασίωνος. τὸ ἐθνικὸν Πάριος· ὁ πολίτης Παριανός. Λέγονται καὶ Παριανεῖς. Noster hoc libro cap. 11 [39, 122]: *Polygnoti et Nicanoris et Arcesilai Pariorum.* Denique lege: *Ita Protogenes monstravit et fortunam,* quum alii artifices et doctores tantummodo artem monstrent. Praeivit nimirum Nealci ad exprimendum fortuito coniectu coloris, quod ars se posse perficere desperabat. Omnem locum ex optimo sic lege: *Hoc exemplo eius similis Nealcen successus in spuma equi similiter spongia impacta secutus dicitur, cum pingeret Poppyzonta. Retinent Parii equum. Ita Protogenes monstravit et fortunam.*

[36, 106] *Et athletam et Antigonum regem et imaginem matris Aristotelis*] Quia omnes aliae certae sunt et notae personae, *Alcetam* malim legere, illum Perdiccae fratrem. Dein Voss. *et Antigonum regem et matrem Aristotelis philosophi, qui ei suadebat, ut Alexandri Magni opera pingeret propter aeternitatem rerum.* Nec video causam, cur ab hac lectione discesserint.

[36, 108] *Quae tabula in Capitolio in Minervae delubro supra aediculam Iuventutis*] Voss. Gud. Men. Acad. *quae tabula fuit in capitolio.* Dein Men. Gud. et Acad. *supra ediculam mentoris.* Voss. *aediculam inentalis.* Pintiani *minemalis.* Lege *aediculam Iuventatis.* Restituimus et Livio [36, 36, 5].

[36, 111] *Aristidis Thebani discipuli fuerunt et filii Niceros et Aristippus*] Voss. *Aristides Thebani.* deinde *Ariston.* Mox *discipuli Antorides et Euphranor,* sine τοῖς *eius fuerunt.* Recte, si attendas, aut non temere. Ita enim scripsisse Plinius videtur: *Aristidae Thebani discipuli fuerunt Niceros et Ariston, cuius est* 837 *Satyrus cum scypho coronatus; discipuli Antorides et Euphranor, de quibus mox dicemus.* Significat illius Thebani et discipulos et filios fuisse istos, discipulos tantum, non etiam filios, alios quos appellat.

[36, 114] *Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit*] Voss. *diridiculi.* Lege *deridiculi,* ut codex Pintiani. Ut Plautus Amphitr. 2, 2 [58]: *quid tu me deridiculi gratia sic salutas?* Milite 2, 1 [14. vs. 92. Ritschel.]: *Is deridiculo est, quaqua incedit, omnibus.* Pseud. 4, 5 [7. Apud Ritschel. 5, 1, 7. vers. 1058]: *mihi illum verba per deridiculum dare.* Tacitus 3 [57] Annal.: *Deridiculo fuit senex foedissimae adulationis tantum infamia usurus.*

[37, 117] *Nobiles palustri accessu villae: succollantium specie mulieres*] Hoc ab Hermolao, cum esset *plaustri* et *sub collium sponsione mulieres.* Men. Gud. Acad. *nobiles tympanistriae ancillae succollatis sponsione mulieribus lavantesque crepidis·feruntur.* Voss. *nobilis paulustri acensu uillae succollatis sponsione mulieribus labantes trepidisque feruntur.* Pintiani quoque, *succollatis sponsione mulieribus.* Scribe: *Iam piscantes aucupantesque aut venantes sunt in eius exemplaribus: nobilis palustri accessu villae, succollatis personis muliebribus, labantes trepidique*

feruntur. Significat eius artificis esse tabulam, in qua quidam ut baiuli colla speciebus mulierum onerati incedunt moverique videntur vacillantes et metuentes oneri per accessum palustrem praetorii alicuius aut lautae villae. Suetonius Othone [6]: *donec omissa mora succollatus et a praesente comitatu imperator consalutatus.*

Cap. XI. [39, 122] *Aliquanto vetustiores encausticae picturae exstitere*] Acad. Men. Gud. *encausti.* Voss. *encaustae.*

[40, 123] *Pinxisse tantum encaustica, sed etiam*] Acad. Men. Gud. *pinxisse solum encausto.* Voss. *pinxisse solum in causta*, quasi velit *encausta.* Infra [41, 149]: *Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat.*

[Ibid.] *Docuisse Pausiam Sicyonium*] Voss. Gud. Men. Acad. *Pausian.*

[40, 126] *Unde et abunde intelligitur amplitudo*] Voss. expungi iubet *τὸ unde*, ut et Pintiani.

[40, 131] *Nemea advecta ex Asia Romam a Syllano*] Omnes *Silano.* Est enim aliquis Iuniorum Silanorum.

[Ibid.] *Dicavit hanc tabulam et Diana*] Voss. *et Danae.* Alludunt tres, in quibus *hanc tabulam Diane.*

[40, 134] *Athenis frequentiam, quam vocavere polygynaecon*] Hermolaus *Gynaeconitin.* Voss. Gud. Men. Acad. *lingenicon.* Forte: *Syngenicon*, ut cap. 10 [36, 76]: *Pamphili cognatio et praelium ad Phliuntem.* Hoc ipso cap. inter Timomachi opera [40, 136]: *Lecythion agilitatis exercitator, cognatio nobilium.* Et inferius [40, 142]: *Asellum enim bibentem in littore pinxit et crocodilum insidiantem ei. Oenias Syngenicon.* Sic et Pintianus. Qui tamen admodum improspere hoc accommodat ad locum lib. sequentis cap. 5 [4, 41] et *XIIII nationes, quae sunt circa Pompeii*, reddit *cognationes.* Suetonius Nerone cap. 46: *a simulacris gentium ad Pompeii theatrum dedicatarum.*

[Ibid.] *Et in una tabula quaque maxime inclaruit*] Acad. Men. Gud. *et in una tabula signa quaque.* Ex qua scriptura etiam inventa sibi in Mss. Dalecampius *signina.* Vossianus: *Et in una tabula ut signa.* Lege: *VI signa* vel *sex signa.*

[40, 136] *Aiacem ei pinxit et Medeam*] Voss. *atacem et media pinxit.* Scribe: *Aiacem et Medeam pinxit.* Supervacuum *τὸ ei.*

[40, 137] *Alius durus in coloribus, sed et multus*] Vossianus, Gud. Men. Academicusque: *durus in coloribus et sile multus.* Quod etiam ex aliis ad marginem ponunt. Neque aliter legendum. Intelligit *sil* e pigmentis. lib. 33, 13 [56, 158]: *In argenti et auri metallis nascuntur etiamnum pigmenta, sil et caeruleum.* lib. 35, 6 [17, 36]: *silis lucidi libris decem. Sile multus*, qui eo pigmento multo uteretur. Vidit idem Pintianus.

[Ibid.] *Talesque sunt eius picturae cum Aesculapio*] Annotant ad marginem *Tales.* Sic quidem et Voss. Gud. Men. Academicusque: sed et omnibus abest vox *picturae.* Suffecit enim Plinio: *Tales sunt eius cum Aesculapio filiae, Hygia, Aegle, Panacea, Iaso. Tabulae* vel *picturae* intellectum voluit. Lepidum est autem, quod Dalecampius ad vocem *Iaso* notat, Iasona cum Aesculapio,
838 Apollinis filio, et Achille Peleia Chirone centauro educatum et medicinam didicisse ex Arati et Apollonii Scholiastis tradit. Tanquam eadem sit persona *ὁ Ἰάσων, Ἰάσονος*, et *ἡ Ἰασώ, Ἰασοῦς.*

[40, 138] *Satyro cum pelle pantherina, quem Aposcoponta appellant*] Acad. *Ascoscopemonta.* Gud. *aposcopenonta.* Men. *aposcopemonta.* Voss. *Aposcopeuonta.* *Ἀποσκοπεύοντα.* Notavit et in suis Hermolaus.

[Ibid.] *Nobilissimas autem quae sunt in porticibus Octaviae operibus*] Annotant *ex eius operibus*, malum malo sanantes. At Vossianus cum Academico, Men. Gudiano, ut et Pintiani: *quae sunt in Octaviae operibus*, excluso τῷ *porticibus*, quod inane ac supervacuum. lib. 34, 6 [14, 31]: *quae statua nunc est in Octaviae operibus.* lib. 36, 5 [4, 15]: *Veneremque eius esse in Octaviae operibus.* Et rursus [4, 22]: *Cupido obiectus a Cicerone Verri, ille, propter quem Thespiae visebantur, nunc est in Octaviae scholis positus.*

[40, 140] *Cleon Admeto, Ctesidemus Oechaliae expugnatione*] Vossian. *Cleon Cadmo*, ut et Pintiani.

[Ibid.] *Pinxit volutantem cum piscatore, quem reginam amare sermo erat*] Voss. *pisature.* An est nomen hominis et scribendum *Pisanore*? Nomen hoc Graecum, quod Ovidius quoque dat alicui Centaurorum lib. 12 [Metam. vers. 303, ubi nunc editur *Thaumas*]: *et cum Pisenore Caumas.*

[42, 150] *Sed in cortinam pigmenti ferventis mersa*] Verba haec satis mendosa ex codd. Hispalensi et regio se restituere putat Gonsalius ad Petron. [cap. 5] scribendo: *sed in cortina pingi, in ferventes aquas mersa.* Sed nosse debebat hanc olim lectionem vulgatam fuisse, quam omni sensu carentem ex melioribus libris, ut nunc habetur, Gelenius mutavit. Quae enim *aquae ferventes* tantam vim tingendi habent? Voss. *in cortinam pigmen ut ferventis mersa.* Quae significant satis clare repositum a Gelenio. Vela illinuntur medicamento colorem trahente: dein mersantur in cortina sive aheno, in quo non aqua mera, sed pigmentum fervet: ibi medicamentum illud velis illitum sorbet colorem, et quidem varium ex pigmento licet unius coloris.

Cap. XII. [45, 154] *A dextra opera Damophili esse, a parte laeva Gorgasi*] Voss. *ab extra.* dein, *esse aplane Gorgasi.* Scribe: *ab dextra opera Damophili esse, ab laeva Gorgasi.*

[Ibid.] *Romae Posim nomine, a quo factas Romae uvas*] Gelenii est. Voss. *fac pomae tuuas.* Hinc alii fecere *factas Romae tubas.* Acad. Men. Gud. *facta pometia vasa.* Sed reddendum erat *facta poma et uvas.* Sequitur in Acad. Men. Gud. *item piscis aspectu a veris discernere.* Voss. *item piscis aspectu discernere a veris.* Nusquam *ita ut non sit.* Censeo *piscibus* nihil esse loci, et scripsisse auctorem: *ut non posses aspectu discernere a veris.*

[Ibid.] *Cuius proplasmata pluris venire solita*] Sic Gelenius, cum esset *proplasticen.* Acad. Men. Gud. *cuius plastica.* Voss. *cuius plaurosamta.* Forte: *plasta Samia*, ut *vasa Samia.*

[45, 157] *Nec poenitet nos illorum, qui tales coluere*] Voss. *qui tales eos coluere* suprascripta litera *D*, ut esset, *qui tales deos coluere.*

[46, 158] *Aevique firmitate certiora auro*] Voss. *firmitates anctiora.* Haud dubie, *firmitate sanctiora*, quod restitutum ab Hermolao male mutavit Gelenius. Acad. Men. Gud. *sanctiore.*

[46, 159] *Imbricibus, tubulis tegulisque*] Voss. *imbricibus doliis ad vina excogitatis ad aquas tubulis ad balineas mammatis ad tecta coctilibus laterculis fundamentis quae aut quae Numa rex septimum.*

[46, 160] *Sese multi fictilibus doliis condi maluerunt*] *Soliis* ex veteri codice legendum ait Salmasius ad Solin. p. 1204., tanquam Dalecampius non id praecepisset. Et ita sane Gud. Acad. Men. Sed in Vossiano neutra vox tantumque *sese multi fictilibus condi maluerunt*. Et sane vox *doliis* ex superioribus [46, 159] post τὸ *fictilibus* repetita videtur. Nam *condi fictilibus* est dictum ut *fictilibus coenare*.

[Ibid.] *Varro Pythagorico modo*] Voss. Men. Gud. *Pythagodio*. Lege *Pythagorio* vel *Pythagoreo*. Sic apud Ciceronem passim reddiderant *Aristotelico* et *Aristotelica*, ubi nunc e melioribus scriptis est *Aristoteleo* et *Aristotelea*.

[46, 162] *Cuius suffragii latio erat*] Gud. Men. Acad. *cuius flagratio erat*. Voss. *cuius fragii*. Lege: *cui suffragii latio erat*. Livius lib. 2 [33]: *ut plebi sui*
839 *magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset.* Quamquam similitudo literarum potuit hausisse syllabam, neque improbo vulgatum.

[46, 165] *Virilitatem amputant, nec aliter citra perniciem, si M. Caelio credamus*] Voss. et Pintiani *virilitatem amputare, nec aliter citra perniciem, M. Caelio credamus*. Quasi adderet vel intellectum vellet: *quis enim velit experiri?* Acad. quoque et Gud. et Men. carent τῷ *si*, sed habent *amputant*. Prodigiosam hic explicationem sunt commenti, M. Caelium, quum novas tabulas ferret, traduxisse nobilium et locupletum luxum tam claris et manifestis exemplis, ut eo iam seculo videretur suis criminationibus proscindere luxuriosissimum Vitellium, qui postea imperavit: propterea nobiles Caelio circa Thurios victo (qua metragyrtae virilitatem) Samia testa linguam praecidisse, deinde eum interemisse, quod exemplum postea Antonium in proscripto Cicerone secutum esse. Ἡράκλεις ἀποτρόπαιε, quantum est erudite ineptire! Caelius in altercatione gravi probro obiecit homini temporis eiusdem Vitellio, adversario suo, dignum esse, cui lingua ob maledicentiam Samia testa praeciderετur, immemor, quid ipse tum temporis faceret. Itaque legendum: *tanquam et ipse non tunc eidem Vitellio malediceret.* Sed Caelius sine dubio aliquid gravius et lingua morigerari solitum Vitellium significabat.

Cap. XIII. [47, 166] *Verum et ipsius terrae sunt alia segmenta*] Voss. Men. Gud. Acad. Pintiani: *alia commenta*. Forte, *momenta*. Cap. sequenti extremo [potius: 15, 52, 190]: *Nam ad reliquos usus vitae in coriis lanisque perficiendis quanti sit momenti, significatum est.*

[47, 167] *Ab Oropo quidem Aulidem usque*] Voss. et Acad. *Aulida*, ut et Pintiani.

Cap. XIV. [49, 170] *Aedificiis non nisi bimos probant*] Sic praeclare Sig. Gelenius. Salmasio ad Solin. p. 1232. non sana videtur locutio, *bimos lateres* dici qui ante biennium ducti sunt: praeterea damnari eam lectionem a veteri codice, in quo sit: *quos aedificiis non idoneos probant*: quod etiam non sincerum et vix Latinum, denique coniectat, *quos a biennio probant.* Nimirum nomen veteris codicis virum decepit, quum sic exhibeant et Gud. Men. Academicusque, hoc est, peiores. At Vossianus: *rimosi fiunt aedificiis non si bimos probant.* Sic prorsus, in quo vitium hoc unum, quod *non si* pro *non nisi* festinans librarius subiecit. Et hoc non modo sanum et Latinum, sed etiam Plinio frequens. lib. 13, 12 [potius 13, 8, 4, 36] de palmis arboribus: *Ergo plantaria instituunt anniculasque transferunt et interdum bimas.* lib. 18, 24 [54, 195]: *Semen optimum*

anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile. lib. 36, 23 [55, 176] *calx trima.* Sic *nuces bimas et anniculas* Cato cap. 17 [2] de re rust. Horatius [Od.] 1, 19 [14]: *Verbenas, pueri, ponite, thuraque, Bimi cum patera meri.* Adde quae ad lib. 27, 8 [potius 26, 8, 38, 61] notavimus. Pintiani codex quoque, *nonsibimos*: unde ille *novissimos.*

[Ibid.] *Quin et intritam ipsam eorum*] Totidem apicibus, non plus, non minus, Vossianus; non *intritam terram*, ut nugator ille codex, cui sublinendum ibidem os praebuit Salmasius. lib. 36, 23 [55, 176]: *Intrita quoque quo vetustior, eo melior.* At mox *Lydion quo utimur* et *Maxilua* [49, 171] prorsus optimae membranae, ut Salmasius.

[49, 172] *Ideo et in publica opera et regias domos adduntur. Sic struxere*] Acad. Men. Gud. *ideo et publica opera et regias domos exstruxere murum Athenis.* Voss. *de eo et publica opera et regias domos struxere murum Athenis, qui ad montem Hymettum spectat: Patris aedes Iovis et Herculis.* Acad. quoque, Men. Gud. *spectat martis edes.* Numquid *de eo*, scil. latere, an *Latere et publica*? Nam quae interposuere, *in*, *adduntur*, *sic* et iterum *sic*, a mala manu sunt. Sic et Pintiani codex, nisi quod *exstruxere sic murum.* Vitruvius l. 2, 8. *De lateritiis vero, dummodo ad perpendiculum sint stantes, nihil deducitur: sed quanti fuerint olim facti, semper aestimantur. Itaque nonnullis civitatibus et publica opera et privatas domos, etiam regias, e latere structas licet videre. Et primum Athenis murum, qui spectat ad Hymettum montem et Pentelensem. Item pariter in aede Iovis et Herculis lateritias cellas.* Ubi legendum ex Plinio: *Item Patris.*

[49, 173] *Quod opus cum per se mirum esset, translatum*] Voss. *Muraena et Varro. Cum opus per se mirum esset, tralatum*, etc.

Cap. XV. [50, 174] *In terrae autem reliquis generibus*] Acad. Men. Gud. *In* 840
terrae autem generibus secundum regiones vel maxime. Utrumque novitium est. Voss. *In terrae autem regionis generibus.* Significat, opinor: *In terrae autem interioris generibus vel maxime mira natura est sulphuris.*

[Ibid.] *Collibus qui vocantur Leucogaei. Quod est cuniculis*] Voss. *Leucogelibyae cuniculis.* Scribe: *collibus qui vocantur Leucogei. Ibi e cuniculis effossum perficitur igni.* Nam et Acad. *leucoge. ibi e cuniculis.* Gud. et Men. *leucoge libie cuniculis.*

[50, 175] *Hoc est glebosum. Eo solo ex omnibus generibus*] Voss. *hoc est gleba solum ex omnibus generibus medici utuntur alterum genus cetera enim liquore constant et conficiuntur oleo incocta uiuum effoditur tralucetque et uiret solo ex omnibus generibus medici utuntur alterum genus appellant glebam.* Sed illa, *ex omnibus generibus medici utuntur alterum genus*, priore loco inducta sunt, tanquam per errorem librarii eo inculcata. Scribe: *nascitur solidum, hoc est, gleba. Solum (caetera enim liquore constant et conficiuntur oleo incocta) vivum effoditur tralucetque et viret: solo ex omnibus medici utuntur. Alterum genus appellant glebam.* Primum, inquit, revera est gleba, alterum sic appellatur. Pintiani liber etiam: *hoc est gleba quo solum.* Tres quoque alii nostri: *solidum hoc est gleba.*

[51, 179] *Gignitur et pingue liquorisque oleacei*] Sic sane iam Andreas. Pintiani liber: *et impingue dicique liquoris oleacei*: unde ille legendum retur: *pingue viceque liquoris*, ut paullo post: *utunturque eo ad lucernarum lumina vice olei.* Sed quo ille argumento coniecturam suam confirmat, id ego illi maxime con-

trarium puto. Salmasius ad Solin. p. 126. ex libro veteri affert: *et pingue dieique liquoris in Sicilia*: iubet autem scribi: *Gignitur et pinguedinei quoque liquoris in Siciliae Agragantino fonte inficiens rivum.* Hanc vero vocem neque Afranii nauci nec Plauti cicco permutaverim. Primum non, si a τῷ *Cupido*, postquam id genus mutavit et nomen proprium factum, dicitur *Cupidineus*, nec, si Apuleius finxit *livedo* et *livedineus* [*livedo*, Metam. 9. p. 222, 26. Elm., *livedineus* non reperi], ideo et Plinium *pinguedineus* a *pinguedo* dixisse crediderim. Dein *pinguedinem* nunquam dixisse Plinium apparet ex eo, quod, ubicumque antehac ea vox legebatur, in melioribus libris repertum est *pinguitudo*. Nec magis capit Ulitianum *vivique liquoris ac olei.* Nostri tres: *et pinguis liquoris in Sicilia*, ut ex Mss. iamdudum ad marginem ponitur. Optimus hic nos destituit, in quo deest folium continens, quae habentur ab huius capitis [50, 176] *_chenas a facie cum terebinthi resina et lepras* usque ad sequentis [56, 194] *simillima est ampelitis.* Vellem scire, quid tinniat Chifletianus. Qui si cum Pintiani codice consentiret, scriberem: *Gignitur etiam pingue lucensque, liquoris oleacei, in Sicilia, Agrigentinos fontes inficiens rivo.*

Cap. XVII. [57, 195] *Ita ut in sole curatio haec fiat, ut post sex horas aqua salsa abluatur*] Men. Gud. Voss. Academicusque: *fiat et post sex horas.* Lege igitur et *abluantur.*

[58, 199] *Qua circum praeducere*] Dalecampius hic notat Persio [Sat. 5,117] dici *cretatam ambitionem*, eorum, qui honores petebant, servilem et summissam conditionem, humilem, abiectam. Quasi respexerit ad cretam, qua pedes venalium trans mare advectorum denotabantur. At *ambitio cretata* est petitorum in candida toga, in quam album creta apud fullonem additum erat.

Cap. XVIII. [58, 201] *Cum laureatis fascibus remitti illo unde*] Acad. Men. Gud. *remittit hiis qui illo cretatis.* Voss. *remittit inde illo cretatis.* Scribe: *tantumque non cum laureatis fascibus remitti, unde illi cretatis pedibus advenissent.* Commiseratione dignus optimus Pintianus, cum profert ex vetere exemplari et sibi non magnopere displicere fatetur *ocreatis* pro *cretatis.*

AD LIBR. XXXVI.

841 Cap. I. [1, 2] *Huc illucque portantur*] Voss. *huc illuc portantur iuga*, sine τῷ *montium.* Deinde idem, Gud. et Acad. *maiore etiamnunc venia*, non *vesania.* Quasi diceret prius illud excusatius esse et facilius veniam invenire. Men. *maiore etiamnum venia.* Denique, ut editur, omnes, *quam cum ad frigidos potus vas petitur in nubila*, non *portatur.* Quod etsi mirum genus loquendi videatur, tamen et sic lib. 9, 35 [54, 106]: *Indicus maxime has mittit Oceanus inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, e tantis solis ardoribus, atque Indis quoque in insulas petuntur: et admodum paucis.* lib. 14, 4 [5, 52]: *non maria plus temerata conferre mercatori, non in Rubrum litus Indicumve merces petitas.* lib. 30, 1 [2, 9] *voluminibus Dardani et in sepulchrum eius petitis.* Ubi male Pintianus: *voluminibus Dardani in Cyprum petitis.* Et hoc lib. 36, 6 [9, 51]: *Nam id quoque accessit, ut ad Aethiopas usque peteretur, quod faceret marmora: immo vero etiam in Indos. unde margaritas quo-*

que, etc. Sic autem nostri, praesertim optimus, non *secaret*, non *quo margaritas*, quae propinat Pintianus. Videtur autem scribendum: *quod laceraret marmora.*

[1, 3] *Sed et quam sine his multorum fuerit beatior vita*] Voss. *videam ad quam sinet his multorum sit uiator uita ista facere uerius pati mortales quos ob usus.* Media desunt omnia, ut, *ad quamque multorum neces sit necesse*; tum *imo*: ut et in Pintiani codice. Scribe: *Secum quisque cogitet, quum pretia horum audiat, quum vehi trahique moles videat, quam sine his multorum sit beatior vita! ista facere, verius pati, mortales, quos ob usus quasve voluptates alias, nisi ut inter maculas lapidum iaceant? Multorum*, *τῶν πολλῶν*, vulgi. Quamvis interdum dubitabam, an fuisset *mutorum*, nempe animantium. *Ista facere*, vel, ut *verius* dicam, *pati*, scilicet etiam *cogitet*, nullum bonum ob usum, sed ut inter maculas cubent. De *τῷ verius* vide quae notamus ad Livii 21, 16. in Addendis. In Gud. etiam Menapioque et Academico desunt *τὰ Sed et*, tum *imo.*

Cap. II. [2, 6] *Enimvero non alio modo*] Lege cum Vossian.: *Id ipsum cur? aut qua magis via inrepunt vitia, quam publica? quo enim alio modo in privatos usus illa venere ebora, aurum, gemmae?* Sic et Pintiani cod.

[Ibid.] *Utilius fuerat quam tacere*] Voss. et Pintiani: *utilius fuerat? Tacuere tantas moles in privatam domum trahi praeter fictilia deorum fastigia.* Quasi diceret: At illi tacuere: vel, Tantum abest, ut moribus caverint, ut etiam tacuerint. Recte autem et Voss. *fictilia deorum fastigia.* Frustra, qui *simulacra* aut *fastidia* subiecere. lib. 28, 2 [4, 16]: *Cum in fastigium eiusdem delubri praeparatae quadrigae fictiles in fornace crevissent.* lib. 35, 12 [43, 152]: *Hinc et fastigia templorum orta, propter hanc plastae appellati.* Ibidem [45, 157] *fictiles in fastigio templi eius quadrigas.*

Cap. III. [3, 7] *Obrepsisse quodam vitae rudimento*] Alii, *uti*, quemadmodum et Academicus, Men. Gudianusque. Voss. *uiti.* Lege *quodam vitii rudimento.* Tenui et minus animadverso principio. Deinde Voss. *Iam L. Crassum oratorem illum*, sine *τῷ enim.*

[3, 8] *Qui nos sequentur, meliores nos esse*] Pintiani codex, *Haec et quae sequuntur m. esse nos probabunt*: ipse, *Ecqui sequentur.* Voss. *Haec at que secuntur m. e. n. pr.* Lege: *Sed et qui sequentur, meliores esse nos probabunt.*

Cap. IV. [4, 10] *Protinus Sicyonios fames invasit*] Voss. *Sicyonem.*

Cap. V. [4, 12] *Non vitibus tantum censeri Chium*] Voss. *Cion*, hoc est, *Chion.* Sic infra *Phidian tradunt* et *Phidian clarissimum*, ut et alii.

[4, 16] *Agoracritus Parius, ei aetate gratus*] Significat, quod multis fuit Alcibiades, de quo Cornelius Nepos [2, 2]: *ineunte adolescentia amatus est a multis more Graecorum.* Sed hos saepe *diligi turpius, quam par erat*, homines *loquebantur*, ut idem Nepos in Hamilcare [3, 2]. Sic Livius lib. 21 [3, 4]: *Florem aetatis, inquit Hasdrubal*, etc. Sic Philumene *haereditates officio aetatis extorserat* apud Petronium [140. init.]. *Dotes formae pueritiaeque* vocat Iustinus. Optanda isti aevo simplicitas magni viri, qui corrigit: *par ei arte, sed gratus.* 842

[4, 17] *Certavere autem inter se ambo discipuli in Venere facienda*] Praepositione caret Vossianus. Et genus loquendi Tullianum est *Venere facienda* pro *Venerem faciendo.* Restituimus et Livio [42, 5, 6].

